الذيل على تاريخ مختصر الدول

SUPPLEMENTUM HISTORIÆ DYNASTIARUM:

IN QUO

HISTORIÆ ORIENTALIS

SERIES A

Gregorii Abu'l-Faragii

Exitu ad nostra usque tempora compendiosè deducitur.


Ab EDVVARDO POCOCKIO *Lingg. Hebraicæ*, & *Arabicæ* in Academia Oxoniensi Professore, & Ædis Christi Præbendario.



OXONIÆ,

Excudebat HENRICUS HALL Academiæ Typographus,

Impensis RICHARDI DAVIS. *1663*.



AMPLISSIMO PRÆSULI

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO

D. GILBERTO

EPISCOPO LONDINENSI,

Domino suo multis nominibus colendissimo.

QUanto ab aliquot retro seculis in pretio fuerint apud eos, penes quos summa tunc in Occidente rerum inspectio fuit, literarum Orientalium studia, quamque necessaria visa sit earum cognitio, neminem nescire sinit, quod à *Clemente* V. in Concilio Viennensi decretum est, ut ubicunque " Romanam Curiam residere contingeret, nec " non in *Parisiensi*, *Oxoniensi*, *Bononiensi*, & *Sal*-" *mantino* Studiis, tenerentur viri Catholici suffici-" entem habentes *Hebraicæ*, *Arabicæ* & *Chaldææ* " Linguarum notitiam; duo viz. uniuscujusque " Linguæ periti qui Scholas inibi regerent, & li-

bros

" bros de linguis ipsis in Latinum fideliter trans-
" ferentes, alios linguas ipsas sollicite docerent,
" earumque peritiam studiosa in illos instructione
" transfunderent. Quid istis statim temporibus, vel quid alibi locorum, sive sanctionis istius vi, sive aliis de causis hoc in genere factum fuerit, nolo impræsentiarum inquirere; sed me potius intra ea, quæ & temporibus nostris propiora sunt, & nostram præcipue Academiam spectant, contineo. Ex quo Inclytus Rex *HENRICUS* VIII. Linguæ Hebraicæ Professionem Oxonii instituit; ex quo Gloriosissimus ille Rex & Martyr *CAROLUS* I. eandem Ædis Christi Præbendâ auxit; ex quo Reverendissimus juxtà Ecclesiæ Antistes, & literarum Promotor Maximus, *Gulielmus Laud* Archiepiscopus Cantuariensis liberalitate sua Arabicas etiam literas ibidem per omnia in posterum secula doceri voluit, non defuisse studiorum istorum Fautores & Patronos egregios, patet: sed nec deesse nec defuturos, postquam genuinus, ut regnorum, sic & Virtutum paternarum Hæres, Augustissimus *CAROLUS* II. non priùs Regnis suis redditus fuerit, quàm & Professioni *Hebraicæ* quod in eam Serenissimi Patris munificentiâ collatum, temporum verò (quibus sceleri & rapinis jus datum) injuriâ sublatum fuerat, restitui jusserit. Quod ut maturè fieret quantum curæ tuæ, Am-

plissime

pliſſime Præſul, tum pro ſingulari tua in iſtas literas propenſione, (quo nomine inter earum Patronos merito numerandus es) tum pro ſumma in me benevolentia, debeatur, non poſſum non gratus agnoſcere. Quæ ut me Reverentiæ tuæ jure obſtrictum reddunt, ita & ſpem faciunt munuſculum hoc ex Oriente petitum, quo debitam erga te obſervantiam meam teſtatam cupio, non ingratum tibi futurum. Breve quidem opus & mole perexiguum, ſed quo (ni vana me ſpes fallit) non pauci, qui in melioris notæ Hiſtoricis occurrunt, errores & detegi poſſint & corrigi: quod ſi patrocinio tuo honeſtare dignatus fueris, mihi ad alia, ſi Deus vitam & vires dederit, quibus ſtudia iſta promoveri poſſint, aggredienda, animos addideris.

Reverendæ Paternitatis tuæ

Cultor Obſervantiſſimus,

EDVVARDUS POCOCK.



PRÆFATIO.



Regorii AbulPharagii *opere, quod* Arabice & Latine *edendum ſuſceperam, ad umbilicum perducto, penſum mihi propoſitum abſolviſſe videbar; ac fidem liberaſſe: atque hic pedem figere ſtatueram, eaque quæ Authoris iſtius tempora ſequuntur, è recentioris ævi Hiſtoricis, qui nec pauci nec obſcuræ notæ apud* Arabes *reperiuntur, petenda relinquere. Verum cum animo reputarem, fieri poſſe ut multis, quibus iſta cordi ſunt, alios hoc in genere Scriptores conſulendi copia deeſſet, novo conſilio (ne quæ poſtea in iſtis partibus, quarum Hiſtoriam poſteritati commendatam voluit Vir Doctiſſimus, geſta fuerint, penitus ignota ſint) viſum eſt, quo aliqua illis lux præferatur, pulcherrimæ veſti* ذيل laciniam, *ſeu* limbum (*ut hujuſmodi appendices vocant* Arabes) *craſſioris licet fili attexere, in qua Hiſtoriæ ſeries ad noſtra uſque tempora deducatur: dum primo quem exitum habuerit decima illa,* Tatarorum *nempe* Mogulenſium, *ſub qua floruit Author,* Dynaſtia; *Deinde quinam*

illis quorum ab eo facta est mentio, Mamluci *&* Chalifæ *in* Ægypto *successerint, usque ad rerum summam ab illis ad* Othmanidas, *qui adeo late jam per* Asiam, Africam, *&* Europam *dominantur, devolutam ostendatur; eorum penes quos imperium fuit nominibus, & quibus imperarunt annis brevi quasi tabella exhibitis; præmissa etiam Authorum, quorum ea in re ductum & fidem secutus sum, nomenclatura.*





Authorum Nomina.

اسمعيل ابو الفدا صاحب حماة Iſmael Abu'lFeda Dominus *Hamæ*, *qui anno* Hejræ *ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſecundo natus; ſeptingenteſimo triceſimo ſecundo denatus eſt.*

تقي الدين احمد المقريزي Takio'ddin Ahmed AlMakrizi, *Natus, ut ipſe in Hiſtoria teſtatur, poſt annum* Hejræ *ſeptingenteſimum ſexageſimum, i. e. teſte* Jalalo'ddino, *ſexageſimo nono; mortuus octingenteſimo quadrageſimo.*

Liber dictus مورد اللطافة Mauredo'llatapha, *in quo Chalifarum & Regum* Ægyptiacorum *hiſtoria continetur, à* Mohammede *nato uſque ad* AlMalec Aldhaher Jakmek Circaſſum.

Liber الجوهر الثمين AlJauhar AlThamin, *Unio pretioſus, de hiſtoria* Chalifarum, Regum *&* Soltanorum, *authore* ابراهيم بن محمد بن دقماق Abrahimo *filio* Mohammedis, *filii* Dakmaki, *qui ab* Abubecro Mohammedis *ſucceſſore orſus, deſinit in* Tumanbaio, *qui ad regnum in* Ægypto *evectus eſt anno nongenteſimo ſexto. Scripſiſſe videtur anno nongenteſimo octavo, ac tunc temporis* Mamlucorum *quà* Turcarum *quà* Circaſſorum *imperium ducentorum & ſexaginta annorum ſpatio duráſſe ait.*

ابو محمد مصطفي Abu Mohammed Moſtapha, *vulgo*

 الجنابي

الجنابي AlJannabii *titulo notus: Historiam suam perduxit ad annum* Hejræ *nongentesimum nonagesimnm septimum, quo tempore imperavit* Morad Selimi *filius* Othmanida.

احمد بن يوسف Ahmed Ebn Yuseph, *qui historiæ suæ quam* اخبار الدول واثار الاول Historiæ Dynastiarum & vestigia Priscorum, *vocat, finem imposuit anno* Hejræ *millesimo octavo.*


Liber الروضة الزهية في ولاة مصر والقاهرة AlRauda &c. i.e. Pratum floridum de Præfectis Mesræ & Kaïræ, *Authore* محمد بن ابي السرور الصديقي Mohammede Ebn Abi AlSarur AlSadiki: *Historiam deducit ad tempora* Moradi *filii* Ahmedis Othmanidæ; *librum hunc à se compositum ait anno* Hejræ *millesimo tricesimo sexto.*



Argun







Rgun Mogulenſium Imperator (quem ad Imperium anno *Hejræ* poſt ſexcenteſimum octogeſimum tertio evectum tradit *Gregorius Abu'lPharagius*; at *Abul-Feda* ſecundo) mortuus eſt ſexcenteſimo nonageſimo, menſe *Rabia* priore : quem veneno à *Judæis* ſublatum ſuſpicati *Tatari* magnam eorum multitudinem interfecerunt. Annos circiter ſeptem imperavit, ab aliis injuſtitiæ, tyrannidis & crudelitatis nota ei inuritur, ab aliis ut juſtitia & moderatione inſignis prædicatur: magnæ fortitudinis & agilitatis miræ, adeo ut tribus equis ordine diſpoſitis primo adſtans ad tertium deſiliret.

Ei ſucceſſit كَيْخَتُو *Caichtu*, vel mutata punctatione كَنْجَتُو (unde *Teixera Ganiatu*) *Abagæ* filius. Hic ob morum impuritatem cum *Mogulenſibus* exoſus eſſet, illi de eo è medio tollendo cum *Baidu* filio *Targihi*, filii *Holacù* conſilium ceperunt, & fugientem aſſecuti menſe *Rabia* poſteriori juxta *Abu'lFedam* & *Ebn Juſephum*, (at ſecundùm *Jannabium* priori) anni *Hejræ* ſexcenteſimi nonageſimi quarti, trucidarunt, cum circiter quatuor annis regnaſſet.

Succeſſit بيدو بن طرغيه *Baidu* filius *Targihi*, menſe *Jomada* priori anni prædicti. Is, *Kazano* cum eo de regno contendente, in prælio occidit, à ſuis proditus, fraude *Niruzi* cujuſdam: qui cum eos ad deficiendum pellexiſſet, veniâ ad *Kazanum*, cujus *Atabeg* ſive tutor fuerat, ac poſtea à *Baidu* detentus, proficiſcendi impetratâ, *Kazanum* ad ipſum vinctum mittendi prætextu; ollam ad eum in ſacculo ligatam miſit, juramentum ſe præſtitiſſe dicens; cum *Kazan* lingua *Tatarica* ollam denotet. Interfectus eſt menſe *Du'lHajja* anno ſexcenteſimo nonageſimo quarto, cum octo circiter menſes imperâſſet.

قازان *Kazan*. *Baidu* è medio ſublato ſucceſſit *Kazan Chan* filius *Argunis*; qui & *Mohammediſmum* amplexus *Mahmud* appellatus, teſte *AlJannabio*. Hic anno nonageſimo ſeptimo *Niruzum Atabegum* (ſeu regni procuratorem) morte multavit; ſuffecto in locum ipſius قطلو شاه *Kotlu Shaho*. Anno nonageſimo nono in *Syriam* contendens *AlMalec AlNaſerum Mohammedem*; *Ebn* Kelaün *Ægypti* Dominum, qui ipſi obviam proceſſit, in fugam dedit, die *Mercurii* menſis *Rabia* prioris viceſimo ſeptimo; & *Damaſco*, civibus in fidem receptis, potitus eſt: inde in regiones Orientales rediit, *Syriâ* præfecto nomine *Kapjak* commiſſâ; quo deinde ad *Ægyptiorum*, qui audito Kazani abitu in *Syriam* reverſi ſunt, partes tranſeunte, *Tatari* qui in *Syria* erant eâ relictâ in Orientem contenderunt, & *Damaſcus* iterum in *Ægyptiorum* poteſtatem rediit. Anno ſeptingenteſimo Kazan denuo *Syriam* invadit quidem, ſed cum tribus circiter menſibus in *Halebi* ditionibus

tionibus ſubſtitiſſet, re infecta iterum ſe ſubduxit. Anno ſeptingenteſimo ſecundo copias in *Syriam* *Kotlu-Shaho* duce miſit: è quibus primo decies mille equites à copiarum *Ægyptiacarum* ducibus quibuſdam (inter quos fuit ipſe *Abu'l-Feda*) profligati; deinde & totus eorum exercitus fractus, fugatus, & peſſimè acceptus.

Sub finem anni ſeptingenteſimi tertii, decimo tertio *Shawali*, ſecundùm *Jannabium*, è vivis exceſſit Kazan cum annos octo & decem circiter menſes regnâſſet, in regione *Rai*; (propè *Hamdanum*, inquit *Jannabius*) inde *Tabrizam* tranſlatus in locum dictum *AlSham*. Multas enim urbes in Oriente extruxerat, quarum alias *Halebum*, alias *Damaſcum*, alias *Meſram*, ominis captandi ergo appellavit, تشوقا الي تلك البلاد *dum regionibus illis inhiaret*. Ferunt alii illum veneno ſublatum; *AbulFeda* mœrore confectum, cum audita ſuorum clade, in febrim acutam incidiſſet.

غياث الدين خدابنده محمد *Giyatho'ddin Chodabandah Mohammed* filius *Argunis*, filii *Abaga*, [ſic *Jannabius*; at *AbulFeda* & *Ahmed Ebn Yuſeph* خربنda *Chorbanda*] mortuo fratre in regnum evectus eſt viceſimo tertio *Du'lHajja* anni ſeptingenteſimi tertii, & cognominatus الجيتو *AlJaitu*, vel الجايتو *AlJayetu*, quod teſte *Jannabio*, ſonat السلطان العظيم *Imperator Magnus*: *Teixera* legit الجابتو quod *Alyaptu* ſuo more effert. Hic anno ſeptingenteſimo duodecimo in *Syriam* iter inſtituit, ac primo die *Ramadani* *Rahbam* perveniens eam obſedit; at ab ejus incolis muneribus placatus, diſceſſit, atque in patriam rediit, cum exercitus ipſius rerum penuria laboraret.

Mortuus

Mortuus eſt anno ſeptingenteſimo decimo ſexto, menſis *Ramadani* viceſimo ſeptimo, & in urbe *Soltania* [i.Regia] à ſe condita ſepultus.

Soltan ابو سعيد بهادر خان *Abu Saïd Bahadur Chan*, annos undecim natus, ultimus hujus familiæ qui unanimi omnium conſenſu in imperium ſuffectus eſt. Obiit *Karabaga*, ubi Hiemem tranſigere ſolebant, anno *Hejra* ſeptingenteſimo triceſimo ſexto, menſis *Rabia* poſterioris duodecimo. Eo mortuo لم يقم للتاتار قايمة بل اختلفوا فتفرقوا شذر مذر *haud ultra ſtabile manſit Tataris imperium, ſed mutuis diſcordiis in partes minutas fracti & penitus diſſipati ſunt*: adeo ut hic Dynaſtiæ decimæ finis meritò ſtatuatur, ſingulis præfectis provincias quibus præerant ſibi vindicantibus, nec unius imperio ultra ſe ſubjicientibus. Nec quicquam memoria dignum de iis ab Hiſtoricis proditum ait *Ahmed Ebn Yuſeph*, donec tandem in medium prodierit تيمور لنك *Timur Lenc*, vulgo *Tamerlanes* dictus, qui rerum à ſe geſtarum fama orbem terrarum implevit: quas dum nobis tradunt Hiſtoriarum ſcriptores *Mohammedani*, neſcio annon in illis candorem, qui Hiſtoricos deceat, requiras; ut qui manifeſtum ubique in eum odium prodant, & maledictis inceſſant. Varia de ejus ortu tradunt; quidam patre agricola ſatum perhibent, diuque cum egeſtate luctatum & latrociniis infamem; appellationem *Lenc*, i. e. *Claudi* inde ſortitum, quod cum pecudem aliquando furaretur, ſagitta à paſtore in humero, altera in pede trajectus, utroque mutulus fieret: alii nobili ortum proſapia, imò à *Jengiz-Chano* genus duxiſſe, & vul-

nus

nus, quo membris istis mutilus factus est, in prælio, dum sub Principe quodam *Hosaino* militaret, accepisse. Utut qualis ortu fuerit incertum sit, qualis postea fuerit factis comprobavit. Post varios reges devictos & subjugata regna in *Asiam* minorem tandem progressus, de *Bajazede Othmanida* eas consecutus est victorias quibus apud nostros maxime celebris est. Eo victo in patriam reversus, ad regiones Orientales, quæ nondum ejus jugo colla submiserant, perdomandas sæviente hieme iter ingressus, diem obiit *Shaabani* decimo sexto, anno octingentesimo septimo; sic & *AlJannabius* & *Ahmed Ebn Yuseph.* Quod ad ætatis spatium, fuisse eum ait *AlJannabius* من المعمرين *è longævis*, ac vixisse تسعا وتسعين *nonaginta novem annos*; *Ebn Yuseph*, circiter *octoginta*: at in utriusque quæ habemus exemplaribus manifestus erit error, si verum aut verè scriptum sit, quod apud *AlJannabium* in exemplari nostro reperitur, natum fuisse mense *Shawalo*, anno *Hejræ* septingentesimo tricesimo sexto. In tanta ætate nova adhuc bella meditabatur. Solus imperavit annos triginta sex. Doctis favisse, eorumque consortio delectatum perhibent. Ejus successores licet se in iis *Asiæ* partibus, quæ ad Orientem longius ab *Europæis* sitæ sunt, continuerint, neque in Occidentem variis inter se dissidiis agitati arma moverint, vel famam rerum à se gestarum adeo late propagaverint; minimè tamen silentio prætereundus est quartus ab eo, محمد الغ بك *Mohammed UlugBeg* filius *Shah Ruchi*, filii *Timuri*: utpote qui (non minus literarum, quam avus ipsius *Timur* armorum, gloria clarus) non interiturum nomini

suo monimentum condidit accuratissimis illis Tabulis Astronomicis, quæ *Ulugbegicæ* audiunt, compositis, post observationes magnis ipsius impensis diligentissimè factas: quibus præerat primo غياث الدين جمشيد *Giyatho'ddin Jamshid*, deinde eo mortuo قاضي زاده الرومي *Kadi Zadeh AlRumi*, & post eum علاء الدين القوشجي السمرقندي *Aladdin AlKushi AlSamärkandi*. Operi huic se accinxit monitus, ut videtur, illo Poëtæ quod in Præfatione laudat,

ان اثارنا تدل علينا   فانظروا بعدنا الي الاثار

Vestigia nostra indicant quales fuerimus:
Inquirite post nos in vestigia nostra.

Siquidem, ut non inconcinne *Al Asadi*, vix hominum numero accensendus est ille من لا يكون له في الارض اثار *cui nulla supersunt vestigia*, quibus aliquando *in terris* vixisse dignoscatur. Vixit *UlugBeg* annos circiter quinquaginta octo: filii rebellis jussu interfectus in urbe regia *Samarkanda*, anno *Hejræ* octingentesimo quinquagesimo tertio.



Mamlucorum Ægyptiacorum Series.



Qui *Ægypto*, post eam in *Mohammedanorum* potestatem redactam, præfuerunt, triplici, inquit *AlMakrizi*, distinguuntur genere: Primum est eorum qui امرا مصر *Amiri Ægypti* appellantur, *Chalifarum* nomine ei præfecti, numero centum & duodecim. Imperium eorum annorum tercentum triginta septem, septem mensium, & sexdecim dierum: à die *Veneris* ineunte mense *Moharramo* anni *Hejræ* vicesimi,

cefimi, ufque ad diem *Lunæ*, qui decimus fextus menfis *Shaabani* anni trecentefimi quinquagefimi octavi.

Secundum الخلفا الفاطميون *Chalipharum Phatemidarum*, qui annos ducentos & octo, menfes quatuor, & viginti duos dies Imperio potiti funt; à die *Martis Shaabani* decimo feptimo, anni *Hejræ* trecentefimi quinquagefimi octavi, ad diem *Solis* menfis *Moharrami* decimum, anni *Hejræ* quingentefimi fexagefimi feptimi: atque hi numero undecim *Chalifæ*.

Tertium *Regum* & *Soltanorum*, qui & triplicis generis.

1. ملوك بني أيوب *Regum Jobidarum* qui origine *Cordi*: hi numero octo fuerunt, & imperium tenuerunt annos octoginta & unum, & dies feptendecim.

2. البحرية واولادهم *Mamlucorum Bahritarum*, (qui Regum *Jobidarum* fervi emptitii erant) atque ab ipfis ortorum.

3. *Mamlucorum Circafforum*, qui *Bahritarum* fervi erant, ac plerique origine *Circaffi*; quos *Kelaün* magno numero emptos per arcis fuæ turres diftributos, inde برجية *Borjitas* appellavit, & honoribus auctos fummis imperii muneribus præfecit.

مملوك *Mamluc* autem (& cum de pluribus dicitur مماليك *Mamalic*) fervum emptitium denotat, feu qui pretio numerato in Domini poffeffionem cedit. Id genus hominum in *Ægypto* fub *AlMalec AlSaleh Nojmo'ddin Ayubo* primum inclarefcere cœpit. Unde ille (tefte *AlJannabio*) استاذ الترك *Turcarum Magifter* vel *Dominus* audit, الذي جلبهم الي بلاده *qui eos in regiones fibi fubditas introduxit*. Mille enim *Turcarum* liberos à mercatoribus, quibus eos à fe captos vendiderant *Tartari*, emit, at-

que in arce quadam, quam illis in loco dicto *Raudah* extruxit, collocatos البحرية *Bahritas* nominavit; quorum & non paucos ad magnam evexit dignitatem, hac (teste *AlMakrizio*) de causa, quod illos aliquando, ab aliis desertus, sibi fidos haberet. Quin & eo mortuo, contra *Francos* rebus strenuè gestis magnam sibi apud populum gratiam & famam conciliarunt. Deinde cum Regem *Turanshahum* ipsius filium ab eo sibi metuentes, trucidâssent, *Shajaro'lDorra*, Domini eorum *Nojmo'ddini* uxor, rebus præfecta est; ac paulò post cuidam è suis, nomine *Ezzo'ddin Ibeg*, qui eam in uxorem duxit, imperium detulerunt: cujus ad tempus cum eo particeps fuit *AlAshraph Musa Jobidarum* ultimus, puer sexennis; quo deinde amoto solus rerum summæ præfuit.

Primus ergò *Mamlucorum Turcicorum* fuit الملك المعز عز الدين ايبك التركماني الجاشنكير *AlMalec AlMoezz Ezzo'ddin Ibeg AlTurcomani, AlJashenkir*. Imperare cœpit die Sabbati ultimo mensis *Rabia* posterioris anni sexcentesimi quadragesimi octavi: cumque annos sex & undecim menses Imperium tenuisset, fraude & instigatione uxoris suæ *Shajro'lDorræ* interfectus est, die *Martis* mensis *Rabia* prioris vicesimo tertio, anno *Hejræ* sexcentesimo quinquagesimo quinto.

2. Filius ipsius الملك المنصور نور الدين علي *AlMalec AlMansur Nuro'ddin Ali*, quindecim annorum puer. Imperare cœpit vigesimo quinto *Rabia* prioris: & cum biennio & octo mensibus imperâsset, regno amotus est, vicesimo quarto mensis *Du'lKaada*, anno *Hejra* sexcentesimo quinquagesimo septimo, testibus *Makrizio* & *Rauda*; at

at *Jannabius* * decimo ſeptimo *Du'l*Kaada, *AlJauhar*, & *Ebn* * forſan viceſimo.
Juſeph viceſimo octavo; *AbulFeda* denique initio menſis *Du'lHajja* hoc factum refert.

3. (الملك المظفر سيف الدين قطز المعزي) *AlMalec 'AlModhaffer Saifo'ddin* Kotuz * *AlMoezzi*. Imperavit * Almoezzi ſervus. undecim menſes, & ſeptendecim dies, ſecundùm *Raudam*; at *Jannabio* & *AbulFeda* tredecim dies, *Makrizio* & *Ebn Juſepho* annum, tredecim diebus minus: deinde occiſus eſt à *Bibarſo* aliiſque anno ſexcenteſimo quinquageſimo octavo, die Sabbati menſis *Du'l*Kaada decimo ſeptimo, poſt profligatos *Tataros*, quos nunquam antea victos, prælio fudit, & primus vinci potuiſſe docuit. ولم يكن قطز هذا مرقوق الاصل inquit *AlJannabius*, *Non fuit* Kotuz *iſte origine ſervili*: verum filius *Maudud* Shahi, Regis *Chowarezmiæ* ex ſorore nepotis, & nomine *Mahmud*; at à *Tataris* captus Mercatoribus venditus eſt, & ab iis in *Ægyptum* delatus.

4. الملك الظاهر ركن الدين ابوالفتح بيبرس العلاي البندقداري الصالحي *AlMalec AlDhaher Rucno'ddin Abu'lPhatah Bibars AlAlái AlBundokdári*, i. e. qui primo *Al'addini AlBundokdari*, deinde *AlMalec AlSalehi* ſervus fuerat. In moneta ſe *Bibars AlSalehi* appellari voluit. In *Rauda* صاحب الفتوحات *Victoriarum Dominus* vocatur, multis quippe victoriis clarus. Annos imperavit ſeptendecim & circiter duos menſes cum dimidio, vel, ut *AbulFeda*, decem dies: utpote qui regnare cœpit decimo ſeptimo *Du'lKaada*, anno ſexcenteſimo quinquageſimo octavo, deſiit viceſimo ſeptimo *Moharrami*, anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſexto.

5. Filius ejus الملك السعيد ناصر الدين ابو المعالي محمد بركة * خان قان *Makriz.* AlMalec AlSaïd Nasero'ddin Abu'l Maáli Mohammed Barcah Chan: cum biennio & tribu mensibus imperâsset, (ut in Rauda habetur; at Makriz duobus mensibus, & octo diebus, Ebn Yusepho & Jauha uno mense & aliquot diebus, Jannabio uno mense tantu supra biennium) imperio amotus est, anno Hejræ se centesimo septuagesimo octavo, mense Rabia priori.

6. Frater ipsius الملك العادل بدر الدين سلامش AlMalec AlAdel Badro'ddin Salámesh, annos septem menses aliquot natus. In Imperium suffectus est mense Rab priori, anno prædicto: eodem privatus est vicesimo secund mensis Rajebi, post menses quinque & dies aliquot; vel Makrizius & Raudah, post centum dies, ut Maured, quo rectius videtur, post quatuor menses.

7. الملك المنصور ابو المعالي سيف الدين قلاوون الصالحي النجمي الالفي AlMalec AlMansur AbulMaáli Saifodd Kelaün AlSalehi AlNojmi AlAlphi. AlAlphi dictus vide tur quod mille aureis emptus, ut AlSalehi AlNojmi à Do mino suo AlSaleho Nojmo'ddino qui eum post morten Domini primi Ala'ddini Aksankari, qui eo pretio eum merat (à quo & العلائي AlAläi, ad Ala'ddinum perti nens denominatus est) servum habuit. Ad Imperium eve ctus est * Rajebi vicesimo secundo, anno sexcentesimo septu agesimo octavo. Imperavit annos undecim, cum duobu mensibus & dimidio, ut Raudah; cum tribus mensibus & diebus aliquot, ut AbulFeda, & Jannabius; cum duobu mensibus, & viginti quatuor diebus ut Makrizius. Obii

* die vicesimo Rajebi, Makriz.

di

die sabbati sexto *Du'lKaada* anno sexcentesimo octogesimo nono. هو اول مملوك بيع بالف دينار (inquit *AlJannabius*) *Ille primus Mamlucorum fuit qui mille aureis veniit*. Idem ab eo ابو الملوك *Regum Pater* vocatur, quòd Imperium *Ægyptiacum* in potestate ab eo oriundorum, vel servorum ipsorum manserit, donec aboleretur servile illud *Turcarum* dominium: atque hic primus *Mamlucos Circaßios* ad dignitatem evexit, quos *Borjitas*, ut diximus, appellavit. *Mamlucos* seu servos emptitios duodecies mille habuisse fertur. *Tataros* in *Syria* fudit. Multos etiam urbes & arces *Christianis* eripuit; inter quas *Tripolis*, locus munitissimus, quam nec *Salaho'ddin*, nec alius quispiam Regum *Ægyptiacorum* aggredi ausus fuerat, (teste *AbulFeda*) idque anno *Hejræ* sexcentesimo octogesimo octavo, cum in *Francorum* potestate usque ab anno quinquagesimo tertio fuisset, ut *AlJannabius*: eaque diruta *Tripolim*, hodie sic dictam, condidit.

8. Filius ipsius الملك الاشرف صلاح الدين خليل *AlMalec AlAshraph Salaho'ddin Chalil*, qui *Accam* captam diruit anno *Hejræ* sexcentesimo nonagesimo, mense *Jomada* posteriori. Cum triennio, & duobus mensibus, & quatuor vel quinque diebus regnâsset, à *Baidara* aliisque *Mamlucis* interfectus est, mense *Moharramo* anni *Hejræ* sexcentesimi nonagesimi tertii. Eo mortuo بيدرا *Baidara* regnũ occupare conatus, à suis *AlMalec AlKaher* appellatus est, ideoque ab Authore *Maured* Regibus accensitus: at quum uno tantum die regnâsset ab *AlAshraphi Mamlucis* trucidatus est.

9. Frates

9. Frater ipsius الملك الناصر محمد بن قلاوون *Al-Malec AlNaser Mohammed Kelaüni* filius, annos nat novem, cum nondum annum integrum regnâsset, ob tatis & virium defectum, Imperio amotus est, mense *Moharramo* anni *Hejræ* sexcentesimi nonagesimi quarti.

10. الملك العادل زين الدين كتبغا المنصوري *AlMalec AlAdel Zinoddin Cetboga Almansuri*, i. e. qui *Almansuri* servus fuerat. At cum biennio imperâsset in Syriam aufugit metu *Lajini* anno *Hejræ* sexcentesimo nonagesimo sexto, mense *Moharramo*; seque imperio abdicavit.

11. الملك المنصور حسام الدين لاجين المنصوري *AlMalec AlMansur Hosamo'ddin Lajin AlMansuri*, cum annos duos & dies quadraginta septem imperium tenuisset interfectus est, undecimo *Rabiæ* posterioris, anno sexcentesimo nonagesimo octavo. *Rauda* & *AbulFeda* biennium & tres menses imperâsse aiunt, & decimo quarto *Rabiæ* posterioris interfectum à *Mamlucis* quibusdam juvenibus quos sibi adsciverat: alii, inquit *AlJauhar*, tres annos, & duos menses regnâsse dicunt, at minus verè.

9. *AlMalec AlNaser*, *Kelaüni* filius, secundò, post dies quadraginta unius interregnum. Cum decem annos, menses aliquot (*Raudæ* sex; at *Makrizio* novem annos, sex menses, & tredecim dies) regnâsset, regno iterum cessit anno *Hejræ* septingentesimo octavo.

12. الملك المظفر بيبرس الجاشنكير المنصوري *AlMalec AlModhaffer Bibars AlJashenkir AlManſuri.* Throno re-

in-

insedit vicesimo tertio *Shawali* anni jam dicti. Cum undecim menses rerum summæ præfuisset, (vel, ut *Makrizius*, decem menses & viginti quatuor dies) militibus undique ad *AlNaserum* deficientibus, regno se abdicavit: atque ab *Al Nasero* strangulatus obiit, mense *Shawalo* anni *Hejræ* septingentesimi noni.

9. *AlMalec* ‿*AlNaser*, tertio. Atque hac tertia vice annos triginta duos, menses duos & novendecim dies regnavit, teste *AlJannabio*, (*Raudah* septem menses & dimidium, *Makrizius* duos menses & viginti dies numerat) à die *Jovis* secundo mensis *Shawali* anni septingentesimi noni, ad diem *Jovis* vicesimum primum *Du'lHajjæ* anni septingentesimi quadragesimi primi, quo obiit, annos quinquaginta septem natus, ut vult *Ahmed Ebn Yuseph*; qui eum in totum quadraginta quinque annos mensem & dimidium imperâsse ait, ut & *Ebn Dakmak*: at ‿*AlJannabius* quadraginta tres annos & septem menses, *Raudah* quadraginta quatuor annos & quindecim dies. Imperarunt post ipsum ex ipsius filiis octo.

13. Filius ipsius الملك المنصور سيف الدين ابو بكر ‿*AlMalec AlMansur Saifo'ddin Abu Becr*. Cum duos menses & aliquot dies imperâsset regno amotus est, ut *Raudah*; ut J*annabius* mensem unum & paucos dies: at *Makrizius* amotum ait post dies quinquaginta novem, die *Solis Safari* vicesimo anni septingentesimi quadragesimi secundi, cum à die *Jovis* vicesimo primo *Du'lHajjæ* imperâsset. Fuit, inquit author *AlJauhar*, spatium regni ipsius, menses duo, vel juxta alios quinquaginta octo dies.

14. Frater ipsius لك الاشرف علا الدين كوجك
AlMalec AlAshraph Aladdin Cojuc: puer sexennis, *Raudah*; ut *AlJannabius*, *Jauhar*, & *Ahmed Ebn Y*
seph, septennis; secundùm alios, referente *AlJannab*
quinquennis; secundùm *Makrizium* nondum octo annoru
Hic etiam post quinque menses, tradentibus *AlJannab*
Ahmede Ebn Yusepho, & authore *AlJauhar*; post quinq
menses & decem dies, affirmante *Makrizio*; post sex me
ses, ut vult author libri *Raudah*, regno exutus est.

15. Frater ipsius الملك الناصر شهاب الدين احمد *A*
Malec AlNaser Shahabo'ddin Ahmed. Regnum occupav
die *Solis* decimo mensis *Shawali*; eo amotus est duode
mo (*AlJannabio*; at *Raudæ* vicesimo secundo, *Makriz*
vicesimo primo) mensis *Moharrami* anni *Hejræ* septinge
tesimi quadragesimi tertii; postquam tres menses regnâ
set; Jannabio & *Ebn Yusepho* duos menses, & duodeci
dies; *Makrizio* tres menses & tredecim dies. Postea me
se *Apharo*, anno *Hejræ* septingentesimo quadragesimo qui
to, jussu successoris interfectus est.

16. Frater ipsius لك الصالح عماد الدين اسماعيل
AlMalec AlSaleh Omado'ddin Ismael. Cum Imperâss
annos tres, duos menses & aliquot dies, mortuus est qua
to *Rabiæ* posterioris, anno *Hejræ* septingentesimo quadr
gesimo sexto, annos circiter viginti natus, ut J*annabiu*
M*akrizius* Imperâsse ait tres annos, menses duos & di
undecim, à die J*ovis* vicesimo secundo M*oharrami*, an
septingentesimi quadragesimi tertii, ad quartum *Rabiæ* poste
rioris anni quadragesimi sexti; *Raudah* quindecim dies
Authoribu

Authoribus *Maured* & *Jauhar*, obiit vicesimo *Rabia* prioris, cum tres annos, mensem unum & octodecim dies regnâsset. Refert *AlMakrizius* illum viso fratris sui *AlMalec AlNaseri* capite, quod ad ipsum delatum fuerat, horruisse, nec posteà firma usum valetudine donec moreretur.

17. Frater ipsius الملك الكامل زين الدين شعبان *AlMalec AlCamel Zino'ddin Shaaban*. Ad regnum evectus est mense *Rabia* priori, eoque post annum & dies aliquot amotus, mense *Jomada* priori anno *Hejra* septingentesimo quadragesimo septimo; atque in carcerem conjectus, & paulò post interfectus, referente *AlJannabio*. Author libri *AlRaudah* regnum occupâsse ait mense *Rabia* posteriori; atque ipsum tenuisse annum, mensem, & septendecim dies. *AlMakrizius* ultra annum quinquaginta octo dies illi assignat, eumque *Saifo'ddinum*, non *Zinoddinum* appellat.

18. Frater ipsius الملك المظفر زين الدين حاجي غضنفر *AlMalec AlModhaffer Zino'ddin Haji Gadanfer*. Cùm annum & tres menses regnâsset à *Mamlucis* è medio sublatus est, duodecimo *Ramadani* anno *Hejra* septingentesimo quadragesimo octavo, teste *AlJannabio*; *Ahmedi Ebn Yuseph*, decimo tertio *Ramadani*. *Ebn Dakmak*, Author libri *AlJanhar*, imperâsse ait annum, tres menses, & octodecim dies, & regnare cœpisse initio *Jomada* posterioris anni septingentesimi quadragesimi septimi: *Makrizius* ei tribuit annum unum, menses tres & duodecim dies: sed Author libri *Raudah* decem dies.

19. Frater ipsius الملك الناصر ناصر الدين حسن *AlMa-*

lec Al*Naſer Naſero'ddin Haſan*. Cum tres annos & circ
ter decem menſes imperâſſet regno amotus eſt initio menſ
Rajebi anno *Hejræ* ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecu
do, referente *AlJannabio*. Author *AlRauda*, tres anno
novem menſes, & decem dies imperâſſe ſcribit, regnoqu
exutum & carcere incluſum viceſimo menſis *Jomadæ* po
ſterioris. A*hmed Ebn Yuſeph* etiam *Jomada* poſteriori, regn
ſe abdicâſſe, intra diem ſeptimum & decimum octavum
poſtquam tres annos & novem menſes imperâſſet: ſe
ptimo enim die militum duces ei manus injeciſſe dicit;
* vigeſimo ſeptimo. forſan * decimo ſeptimo reponendum ſit, ex *Ebn Dakmak*
cui die *Solis* fuit, quod vigeſimum potius indicat. Al*Mak*
rizius illud factum ait die viceſimo octavo (nam diem *Lu*
næ fuiſſe ait) eumque *Bad ro'ddinum* Abu'lMaáli vocat. E
imperante, anno *Hejræ* ſeptingenteſimo quadrageſimo no
no, ubique graſſata eſt peſtis admodum gravis, non i
homines modo, ſed in omnis generis animalia; *Caïri* ſin
gulis diebus ultra viginti hominum millia ea interiiſſ
ferunt.

20. Frater ipſius الملك الصالح صالح صلاح الدين
AlMalec AlSaleh Saleh Salaho'ddin, filiorum *AlNaſer*
Mo*hammedis* filii *Kelaüni* octavus. Cum tres annos, toti
dem menſes & quatuordecim dies imperio præfuiſſet a
motus eſt ſecundo S*hawali*, anno *Hejræ* ſeptingenteſim
quinquageſimi quinti; ſecundum *AlJannabium*, & cæteros
exceptis AlM*akrizio*, qui dies tres tantum numerat, & Au
thore Al*Raudah*, qui omnes omittit.

19. AlMalec *AlNaſer Haſan* denuo. Atque hac vice annos
ſex

ſex, menſes ſeptem, & dies aliquot regnavit. Deinde à *Mamlucorum* quibuſdam è medio ſublatus, *Jomadæ* prioris nono, juxta *AlMakrizium*, anno *Hejræ* ſeptingenteſimo ſexageſimo ſecundo.

21. الملك المنصور محمد بن الملك المظفر حاجي *AlMalec AlManſur Mohammed*, filius *AlModhafferi Hajii*. Solium regium capeſſivit nono *Jomada* prioris anni *Hejræ* ſeptingenteſimi ſexageſimi ſecundi annos quatuordecim tunc natus; eoque deturbatus eſt ſexageſimo quarto, medio menſe *Shaabani*, cum biennio tribus menſibus, & quinque (juxta *Jannabium*, juxta alios pleroſque ſex) diebus illud occupaſſet: diu poſtea privatus vixit, uſque ad annum octingenteſimum primum, obiitque plus quam quinquagenarius.

22. الملك الاشرف شعبان بن حسين *AlMalec AlAſhraph Shaaban* filius *Hoſaini*, filii *Mohammedis*, filii *Kelaüni*. Annos decem natus ad Imperium evectus eſt medio menſis *Shaabani*, anno *Hejræ* ſeptingenteſimo ſexageſimo quarto: eo amotus & ſtrangulatus quinto menſis *Du'lKaáda* anno *Hejræ* ſeptingenteſimo ſeptuageſimo octavo, ætatis ſuæ viceſimo quarto; cum imperâſſet annos quatuordecim, menſes duos, & dimidium: *AlMakrizius* ſexto *Du'lKaáda* interfectum ait. Eo imperante anno ſeptingenteſimo ſeptimo (vel ut alii ſexto) magna fuit annonæ caritas, & rerum penuria in *Ægypto* & *Syria*, atque alibi, adeo ut homines morticina, & canes, imò & aliqui liberos ſuos comederent: aliquibus in locis tres annos duravit fames.

23. Filius

23. Filius ejus الملك المنصور علي بن الاشرف AlMal. AlMansur Ali, octo (ut AlMakrizius, septem) annorun puer. Imperatoris titulo magis quam authoritate gavisu est, annos * quinque, & menses quatuor, vel ut *Ebn Yusep* & Jauhar tres menses & viginti dies. Deinde obiit ann *Hejra* septingentesimo octogesimo tertio, ætatis decim tertio, juxta *AlJannabium* mense *Rabia* priore; juxta Au thores *Raudah* & *Jauhar*, vicesimo tertio mensis *Safari*.

* ita constanter omnes, sed legendum videtur quatuor.

24. Frater ejus الملك الصالح حاجي بن الاشرف A. Malec AlSaleh *Haji* filius AlAshraphi Shaabani. Admo dum puer; non ultra annum & quatuor menses natus, re ferente *AlJannabio*, nisi à librario erratum suspicemur nam pater ejus mortuus est anno septuagesimo octavo: i *Raudah*, sex annorum fuisse perhibetur. Post annum & dimidi um, cum dimidio mensis, regno amotus, quod ei administran do præ ætate idoneus non esset, anno *Hejra* septingentesim octogesimo quarto, mensis *Ramadani* nono, secundum *Al Makrizium*; qui imperasse eum ait annum & duos men ses quatuor diebus minus, à vicesimo quarto *Safari*, ann octogesimi tertii, ad nonum *Ramadani*, anni octogesim quarti. *Ahmed Ebn Yuseph*, annum & dimidium, & vi ginti quinque dies imperio ejus assignat; ut & libri *Al Jauhar* Author: *AlRaudah*, dies quindecim, ultra annun & sex menses, & regno exutum ait decimo octavo mensi *Ramadani*. Atque in eo finem habuit دولة المماليك البحرية الاتراك واولادهم (inquit *AlMakrizi*) *imperium Mamlucorum Bahritarum, Turcarum, & ipsis natorum* quod annorum fuit centum triginta sex, mensium septen

&

& dierum novem à decimo *Safari* anni *Hejra* ſexcenteſimi quadrageſimi octavi, ad decimum octavum *Ramadani* anni ſeptingenteſimi octogeſimi quarti. Alii menſe *Rabia* poſteriori iſtius anni, initium habuiſſe volunt.



Mamluci Circaßi.

QUi ſucceſſere *Mamluci* الجراكسة *Circaßi* (quamvis non omnes origine *Circaſſi*) & البرجية *Borjita*, communi nomine, appellantur; quorum, niſi *Bibars AlJaſhenkir Circaſſus* accenſeatur, primus fuit,

1. الملك الظاهر ابو سعيد برقوق بن انص اليلبغاوي العثماني الجركسي *AlMalec AlDhaher Abu Said Barkuk filius Anſi AlYilbogawi AlOthmani*, *Circaſſus*. Hic in *Circaßia* captus ab *Othmano* quodam, ac in *Tatarorum Krimiorum* regione emptus, & in *Ægyptum* delatus, in *Mamlucorum* ducis cujuſdam *Yilboga* poteſtatem venit: atque ab eo libertate donatus, in *Mamlucorum* numerum adſcitus eſt. A Dominis iſtis *Yilbogawenſis* & *Othmanienſis* denominatus: antea *AlTanboga* nomen habuit. Imperator conſtitutus eſt, amoto *AlSalcho*, die *Mercurii*, qui ut *AlJannabius*, nonus, ut reliqui rectiùs, decimus nonus menſis *Ramadani* anni ſeptingenteſimi octogeſimi quarti. Cum annos ſex, menſes ſeptem, & quindecim dies, ut *Raudah*, vel ut *Ebn Dakmak*, menſes octo, & viginti ſeptem dies imperâſſet, ab hoſtium impetu ſe ſubducens delituit; deinde prehenſus & in carcerem

cerem conjectus est: denuo in Imperium suffecto *Hajio Al-Ashraphi* filio, qui prius *AlMalec AlSaleh*, jam verò *Al-Mansur* cognominatus est; quo tamen rursum post octo, vel, ut *Raudah*, post septem menses, & circiter sexdecim, vel ut alii novem dies à *Barkuko*, è carcere liberato, captus cessit, eique restitutus est *Barkuk* anno septingentesimo nonagesimo secundo, decimo quarto mensis *Saphari*. Quod deinde annis novem, & octo (vel ut alii decem) mensibus tenuit: adeo ut annos sedecim & circiter dimidium, quà primò quà secundò, regnaverit, juxta *AlJannabium*: juxta *Ebn Dakmak* annos sedecim quatuor menses & septendecim dies; vel juxta librum *AlMaured*, septem & viginti; juxta *AlRaudah*, quindecim. Ad eum literæ fastu & minis plenæ à *Tamerlane* scriptas refert *Ahmed Ebn Yuseph*, quibus ille summo cum contemptu respondit. Dixisse fertur لا اخاف من اللنك فان كل احد يساعدني عليه وانما اخاف من ابن عثمان *Non ego timeo* Lencum (claudum i. e. Tamerlanem) *utpote contra quem omnes mihi opem laturi sunt, metuo à* * *filio* Othmanis: ac sæpius dixisse fertur *Ebn Chaldun* ما نخشي على ملك مصر الا من ابن عثمان *De regno Ægypti non timemus nisi a filio* Othmanis. Obiit *Barkuk* medio mense *Shawali*, anno *Hejræ* octingentesimo primo, plus quam sexagenarius.

* Imperatore *Othmanico.*

2. Ipsius filius الملك الناصر زين الدين ابو السعادات فرج *AlMalec AlNaser Zino'ddin Abul'Saadât Pharaj*. Delatum est ei regnum eodem die quo obiit Pater ipsius: quod cum ad annum octingentesimum octavum tenuisset, decimo quinto (ut *AlJannabius*; vel ut *Ebn Dakmak*, vicesimo

ceſimo quinto) *Rabiæ* prioris, orto inter *Mamlucos* tumultu, ſive metu, ſive regni tædio ſe in latebras conjecit, cum, ut *Maured*, 6. annos 5. menſes, & 11. dies regnâſſet.

3. Frater ipſius الملك المنصور عز الدين عبد العزيز *AlMalec AlManſur Ezzo'ddin AbdolAziz.* Imperavit ſeptuaginta dies uno minus, juxta *AlJannabium,* juxta authorem libri *Raudah* quadraginta ſeptem, juxta *Ebn Yuſephum* duos menſes & novem dies. Deinde, è latibulo ſuo prodeunte *AlNaſero*, menſe *Jomada* poſteriori amotus eſt, annoq; ſequenti *Alexandriam* miſſus, menſe *Safaro*, ubi paulo poſt eſſe deſiit die *Lunæ* ſeptimo *Rabiæ* poſterioris.

2. *AlNaſer* autem ſecunda hac vice annos ſex, & decem menſes regnavit, ſecundùm *Ebn Dakmakum*, *Makrizium*, & authorem *Maured*; adeo ut ultra tredecim annos, tres menſes & undecim dies regnum obtinuerit. Secundùm authorem *AlRaudah*, prima vice * quinque annos, ſex menſes, & decem * dies, ſecunda ſex annos & novem menſes, * utraque tredecim annos & quatuor menſes imperavit. Menſe *Moharramo* regno amotus, *Safaro* interfectus eſt *Damaſci*, anno *Hejræ* octingenteſimo decimo quinto, & contumelioſè habitus; utpote in ſterquilinium projectus, ubi aliquandiu nudus ac inſepultus jacuit. *AlNaſero* è medio ſublato, cum inter principes *Mamlucorum* non eſſet quem ſibi cæteri præferrent, unanimi conſenſu Chalifam ابو الفضل العباس المستعين بالله *Abu'lPhadl AlAbbas AlMoſtaïn billahi* Regis etiam dignitate ornârunt, menſe *Moharramo*, & الملك العادل *AlMalec AlAdelum* ſalutarunt: quem tamen, ubi ambitioni ſuæ viam paràſſet quidam è principibus, nomine *Sheich*,

* legunt. 6. an. 5. menſ. annumeratis 47. diebus.

poſt ſex (vel, juxta alios, ſeptem) menſes & dies aliquôt rurſum cedere coegerunt. Neque enim regnum à ſe per tus transferri voluerunt *Circaſſi*.

4. ﻙ الموبد ابو النصر شيخ المحمودى الظاهرى *AlMalec AlMuaiyed Abu'lNaſr* Sheich *AlMahmudi AlDh heri*: qui è ſervis *AlDhaheri Barkuki* fuit; quem à *Ma mudo* quodam emptum libertate donavit, & ad dignitate evexit. Regnare cœpit *Shaabani* primo, anno octingent ſimo decimo quinto, cumque annos octo, menſes quinque, dies ſex vel octo, regnâſſet, mortuus eſt menſe *Moharra* anno octingenteſimo viceſimo quarto.

5. Filius ipſius ﻙ المظفر شهاب الدين ابو السعادات احمد *AlMalec AlModhaffer Shehabo'ddin Abul'Saa Ahmed*. Adhuc infans, annum & circiter octo menſes n tus, eodem die quo obiit pater, in ſolio collocatus eſt. P ſeptem menſes, & viginti circiter dies, regno privatus *A xandriam* miſſus eſt, & carcere incluſus: ubi anno *He* octingenteſimo triceſimo tertio diem obiit, referente *E Dakmako*.

6. الملك الظاهر سيف الدين ابو الفتح ططر *AlMalec Dhaher Saifo'ddin Abu'lPhatah Tatar*, è *Barkuki Mamlu* Die *Veneris Shaabani* viceſimo nono, anno *Hejra* octing teſimo viceſimo quarto regnũ obtinuit: quo haud diu gavi eſt. Eodem enim anno, die *Solis*, quarto vel quinto men *Du'lHajja* mortuus eſt, cum non ultra nonaginta quinc dies imperâſſet; ſive tres menſes & duos (ut *Makrizi* vel tres, ut *Ebn Yuſeph*) dies: Author libri *Raudah* nonag ta & tres tantum dies ei tribuit.

7. Fi

7. Filius ipsius الملك الصالح ناصر الدين محمد بن ططر *AlMalec AlSaleh Nasero'ddin Mohammed, filius Tatari.* Annos, ut alii, novem, alii, circiter decem natus, titulo Regio ornatus est; deinde post quatuor menses, & paucos aliquot dies ea dignitate privatus, mense *Rabia*, ut *Ebn Dakmàk* priore, ut alii posteriore anni *Hejræ* octingentesimi vicesimi quinti.

8. الملك الاشرف سيف الدين ابو النصر برسباي الدقماقي الظاهري *AlMalec AlAshraph Saifo'ddin Abu'l Nasr Barsebaï, AlDakmaki AlDhaheri*: quem nempe *Dakmak* quidam è *Mamlucorum* principibus *Soltano AlDhahero Barkuko*, dono dederat. Regnum eodem die, quo eo amotus est *AlSaleh*, capessivit; illúdque annos sedecim & menses octo & quinque vel sex dies, vel ut alii novem menses, tenuit. Obiit anno *Hejræ* octingentesimo quadragesimo primo, circa decimum tertium mensis *Du'lHajjæ*. Eo regnante capta est *Cyprus*. منع الناس من تقبيل الارض بين يديه وجعل مكان ذلك تقبيل يد السلطان (Referente *Ahmede Ebn Yuseph*) *vetuit homines coram se terram osculari, ejusque loco ut manum Regis oscularentur statuit.*

9. Filius ipsius الملك العزيز ابو المحاسن جمال الدين يوسف *AlMalec AlAziz Abul'Mahasen Jamalo'ddin Yuseph.* Hic cum tres menses & paucos aliquot dies (vel ut *AlJannabius* nonaginta quinque, ut *Ahmed*, nonaginta quatuor dies) regnâsset, regno exutus est, decimo nono *Rabiæ* prioris, anno octingentesimo quadragesimo secundo.

10. الملك الظاهر سيف الدين ابو سعيد جقمق

العلاي

(الظاهري) (العلاي) *AlMalec AlDhaher Saifo*
din Abu Saïd Jakmak AlOlai AlDhaberi: quem, è *C*
caſsia à mercatore quodam allatum, emit *AloIâi Ali*,
inde *AlDhaher Barkuk*. Regnavit annos quatuordecin
menſes decem, & (ut addunt *AlJannabius*, *Ebn Tuſeph*,
Ebn Dakmàk) duos dies. Cum mortem ſibi à morbo i
minere ſentiret, ſe regno exuit ut in illud ſufficeretur fi
us ſuus. Obiit octogenarius anno *Hejræ* octingenteſin
quinquageſimo ſeptimo, menſis *Safari* tertio.

11. Filius ejus الملك المنصور ابو السعادات فخرالدين (عثمان) *AlMalec AlManſur Abul'Saadàt Phachredd*
Othman, annos octodecim natus. Vivo adhuc patre delatu
eſt ei Imperium, die *Mercurii* viceſimo menſis *Moharrami*,(
Jannabius, die *Jovis* viceſimo primo, ut *Ebn Dakmàk*).
regni inſignibus ornatus equitavit, ſuper caput ejus geſta
te *Inálo* القبة والطير *Conopeium & avem*, tympaniſq
çoram eo pulſatis: nec tamen diu dignitatem eam retinui
utpote qui poſt menſem & duodecim plus minus dies
privatus fuerit initio menſis *Rabiæ* prioris ejuſdem anni.
لا نعلم احدا اقل مدة منه مع عظم شوكته (inquit *Ahm*
Ebn Tuſeph) i.e. *Nec quemquam novimus, qui cum tanta pote*
tia breviori ſpatio regnaverit.

12. الملك الاشرف ابو النصر اينال العلاي (الناصري) (الظاهري) *AlMalec AlAſhraph Abu'lNaſr Inàl AlOlâi A*
Náſeri, AlDhaberi. Amoto Al*Manſuro* ſolium regium c
peſſivit die *Lunæ*, *Rabiæ* prioris octavo. Origine *Circa*
ſus, in *Ægyptum* ab *Olao'ddino* quodam delatus ab A
Dhahero Barkuko emptus eſt, & ab *AlNaſero Pharajo* tan

de

dem libertati donatus. Inauguratus eſt, uti dictum, die *Lunæ Rabia* prioris octavo anni octingenteſimi quinquageſimi ſeptimi: & cum imperium octo annis, duobus menſibus, & ſex diebus obtinuiſſet, è vivis exceſſit die *Jovis* decimo quinto *Jomadæ* prioris, anno *Hejræ* octingenteſimo ſexageſimo quinto, plus quam octogenarius. Literarum admodum rudis fuit, adeo ut لا يهتدي حتي الي كتابة العلامة علي المناشير (inquit *AlJannabius*) *Ne ſignum ſuum diplomatibus regiis adſcribere poſſet.*

13. Filius ipſius الملك المويد شهاب الدين ابو الفتح احمد *AlMalec AlMuaiyed Shehabo'ddin Abul'Phatah Ahmed.* Inauguratus eſt vivo adhuc patre, qui de jure regio illi deceſſit, *Jomadæ* prioris anni prædicti decimo quarto, & regni inſignibus ad ipſum delatis tiara indutus, gladioque accinctus, *Emiro Chuſhkadamo Conopeium & avem* ſuper caput ipſius geſtante, reliquiſque coram eo incedentibus, e quo in arcem regiam vectus ſolium aſcendit: de quo, cum quatuor menſes & totidem dies imperâſſet, deturbatus eſt, *Ramadani* decimo octavo, vel nono, anno octingenteſimo ſexageſimo quinto; idque unanimi ferè omnium conſenſu, teſte *AlJannabio*, cum nulla ſubeſſet cauſa, niſi quod melior eſſet quàm quem pati potuerint corruptiſſimi *Mamlucorum* & ſeculi mores. Erat enim, inquit ille, revera احسن ملوك مصر *Regum Ægyptiacorum optimus.*

14. الملك الظاهر سيف الدين ابو سعيد خشقدم الرومي *AlMalec AlDhaher Saifo'ddin Abu Said Choſhkadam AlRumi*: Addit author *AlRaudah*, *AlNaſeri*, & *AlMuayedi*; ut oſtendat quos habuerit Dominos. Non erat

hic

hic natione *Circaſſus*, ſed *AlRumi*, *Rumaus*, ac primus eo-rum qui Imperium in *Ægypto* obtinuit, inquit *AlJannabius*, niſi forſan *Ibeg AlTurcomani* & *AlManſur Lajin* etian *Rumai* fuerint. Inter præſtantiſſimos Regum *Ægyptiacorum* & imperio maximè dignos, numeratur. Inauguratus di *Solis* decimo nono *Ramadani* anno octingenteſimo ſexa-geſimo quinto. Obiit die Sabbati *Rabia* prioris decimo anno *Hejræ* octingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo: poſt-quam ſex annos, & ſex menſes, minus octo diebus regnâſ-ſet, referente *AlJannabio*; vel, ut aliis verbis *AlRaudah* ſex annos, quinque menſes, & viginti duos dies; plus quan ſexaginta quinque annos natus, ut *AlJannabius*, ſeptua-ginta quinque, ut *Ahmed Ebn Yuſeph*.

15. (الملك الظاهر ابو سعيد بلباي) *AlMalec AlDhaher Abu Said Belbaï*, vel, ut alii, (يلباي) *Yilbaï*. Eodem di quo obiit *Choſhkadam* in regnum ſuffectus: quod cum quinquaginta ſex (vel ſeptem) diebus tenuiſſet, vel ut *AlJannabius*, menſem, & viginti ſex dies: eique admini-ſtrando impar videretur, unanimi omnium conſenſu, ec (*Jomada* prioris ſeptimo) ſummotus, *Alexandriam* miſſus ibique in carcerem conjectus eſt, plus quam ſeptuagenarius وبالجملة هو اقبح ملوك الترك فعالا وتدبيرا وكانت ايامه شر ايام مع قصرها (inquit *AlJannabius*) *In ſumma, peſſimus fuit Regum Turcarum, & factis & regimine dieſq; ipſius in tanta brevitate peſſimi dierum.*

16. (الملك الظاهر ابو سعيد تمر بغا الظاهري) *AlMalec AlDhaher Abu Saïd TamarBoga AlDhaberi*: qu etiam رومي الاصل origine *Rumæus* fuit; & è *Mamluci*-

Al-

AlDhaheri Jakmaki. Imperio admotus est eodem die quo eo amotus est *Belbâi*: quo rursum post dies quinquaginta octo, aut novem (ut *AlJannabius*, post duos menses & diem unum, at rectiùs *Ahmed Ebn Yuseph* duos menses uno die minus) spoliatus est sexto *Rajebi*; sed honorifice tractatus & *Damiatam* missus, ubi sui juris vixit. Tres isti *Soltani* sibi invicem succedentes iisdem agnominibus & cognominibus insigniti sunt, quod annotat *AlJannabius* esse من النوادر *ex iis quæ raro contigerunt.*

17. الملك الاشرف قايتباي المحمودي الظاهري *AlMalec ÄlAshraph Kayetbâï Älmahmudi AlDhaheri*, qui à *Chawajah AlMahmud* in *Ægyptum* perductus ab eo denominatus est: à quo illum emit *Barsebâï*, ac deinde libertate donavit *AlDhaher Jakmak*, unde & *AlDhaheri* appellatus est. Regno potitus est sexto mensis *Rajebi* anno octingentesimo septuagesimo secundo, idemque tenuit annos viginti novem, quatuor menses, & viginti dies. Obiit juxta *Makrizium* vicesimo secundo mensis *Du'lKaada*, anno nongentesimo primo, juxta *Ahmedem* vicesimo septimo: qui dies *Solis* erat: cui consonum est, quod ait *AlJannabius*, eum die *Lunæ* ejus mensis vicesimo octavo sepultum.

18. الملك الناصر ابو السعادات محمد *AlMalec AlNaser AbulSaadàt Mohammed.* Rex salutatus, ut *Ebn Dakmàk*, quinque ante patris obitum diebus, ut alii, eodem quo obiit die; triduo, ut vult Author *Raudah*, ante finitam *Du'lKaadam.* Cum annos circiter duos, tres menses, & novendecim dies (vel ut *Jannabius* septemdecim) imperâsset, interfectus est. Interea ad tempus Imperio privatus erat, suffecto quodam

dam *Kanſu Chamſmiah*, qui & *AlMalec* Al*Aſhraph* cogn
minatus eſt: quod tamen brevi recuperavit, adeo ut *Ja*
nabius eum prima vice ſex menſes & biduum, ſecunda a
num, ſex menſes, & dimidium regnâſſe ſcribat.

19. Avunculus ejus الملك الظاهر ابو سعيد قانصو *AlMal*
AlDhaher Abu Saïd (ut *Ahmed*, aliis *Abu'lNaſr*) *Kanſ*
Invitus & coactus imperium ſuſcepit, anno nongenteſim
quarto, die *Veneris Rabiæ* prioris decimo ſexto, vel ut ali
decimo ſeptimo: eoque pulſus eſt poſtquam annum & oc
menſes, & dies aliquot regnâſſet; vel, ut *Jannabius*, die *Ven*
ris viceſimo nono *Du'lKaada*, anni nongenteſimi quinti; cu
circiter viginti menſes regno præfuiſſet.

20. الملك الاشرف ابو النصر جانبلاط الاشرفي قايتباي *AlMalec* Al*Aſhraph* *Abu'lNaſr* *Janbalat* *AlAſhraphi K*
yetbâï. Cum ſex menſes, & ſeptemdecim dies, referen
AlJannabio, imperium, cui circa initium menſis *Du'lHaj*
anno *Hejræ* nongenteſimo quinto præfectus fuerat, tenui
ſet, eo ſummotus eſt, decimo octavo *Jomadæ* poſterior
anni nongenteſimi ſexti.

21. الملك العادل سيف الدين طومان باي الاشرفي قايتباي *AlMalec* *AlAdel* *Saifo'ddîn* *TumanBâï*, A
Aſhraphi Kayetbâï. Origine *Circaſſus*, quem *Kanſu Dama*
ſci præfectus emptum, & in *Ægyptum* perductum, un
cum aliis ſervis *AlAſhraphio Kayetbaïo* dono dedit. Ad Im
perium evectus ſexto menſis *Rajebi* anno nongenteſim
ſexto, referente Authore *AlRaudah*; at ſecundùm *Ahme*
dem Ebn Yuſeph & *AlJannabium*, potius menſe *Jomad*
priore, primò *Damaſci*, deinde *Jomadæ* poſterioris decim
octav

octavo vel nono in *Ægypto* ſolenniter inauguratus eſt. Cum tres menſes & dimidium (vel, ut *Raudah*, tres menſes & tredecim dies; ut *AlMakrizi*, circiter centum dies) imperâſſet, ſe, finiente menſe *Ramadano*, à militum impetu fuga ſubducens, delituit: at poſt quadraginta tres dies prehenſus eſt, & interfectus menſe *Du'lKaada*.

22. الملك الاشرف ابو النصر سيف الدين قانصو الغوري *AlMalec AlAſhraph Abu'lNaſr Saifo'ddin Kanſu AlGauri*; natione *Circaſſus*, ex *AlAſhraphi Kayetbâi Mamlucis*: in *Ægyptum* ſub finem anni octingenteſimi ſeptuageſimi quarti primò perlatus. Ab his initiis per varios honorum gradus tandem in ſolium evectus eſt, quod tamen invitus, nec niſi *Mamlucorum* minis adactus aſcendiſſe perhibetur; adeo ut cum inſignibus regni ad eum delatis gladio pro more cingeretur, in lachrymas proruperit. Circa initium *Shawali*, anno *Hejræ* nongenteſimo ſexto, communibus omnium ſuffragiis in dominatu locatus eſt, quem annos quindecim, novem menſes, & viginti quinque dies, exercuit, teſte *AlJannabio*: quibus exactis, à *Sultano Selimo Othmanida*, cujus contra *Shah Iſmaelem Perſarum* Regem expeditionem impedire conatus fuerat, in loco dicto *Marj Dabek* prope *Halebum* prælio victus eſt; cumque à ſuis deſertus fugam meditaretur, equo, deficientibus viribus, decidens, equorum ungulis calcatus vitam finivit, die *Solis* viceſimo quinto, (ut *Ahmed Ebn Yuſeph*, die *Lunæ* viceſimo ſexto) menſis *Rajebi*, anno *Hejræ* nongenteſimo viceſimo ſecundo.

23. الملك الاشرف طومان باي الجركسي الاشرفي


 Al-

AlMalec AlAshraph TumanBâï Alʒarcasi (i. *Circassus*) *A*
Ashraphi, *Kansûi* è fratre nepos, quem *Mamluci*, audi
quid *Kansûo* contigisset regno præfecerunt: quod po
quam tres menses & dimidium (tamdiu enim post s
peratum *Kansûum* in *Syria* moram traxit *Selim*) tenu
set, ab eodem in fugam datus est. Deinde à Principe qu
dam *Arabum* in ipsius potestatem traditus, post decem d
es, quibus sæpius illum accersit *Selim* quo ab eo regni *Æ*
gyptiaci statum perquireret, ipsius jussu ad urbis porta
Zawilah dictam, patibulo affixus est, die *Rabia* prioris d
cimo nono, anno nongentesimo vicesimo tertio, referen
Alʒannabio: Atque hunc exitum habuit servile ill
Mamlucorum & *Mamlucidarum* Imperium, quod per ann
ferè ducentos septuaginta & quinque, qua *Turcæ*, qua *Ci*
cassi obtinuerant: quorum (*Saifo'ddinum Barkukum*, q
regnum mense *Ramadano* anno septingentesimo octogesim
quarto occupavit, primum statuendo) centum trigin
octo *Circassis* ascribendi. Manifestus ergò error in eo qu
usi sumus *Ahmedis Ebn Yuseph* exemplari, dum *Circass*
imperium annos centum octoginta octo obtinuisse scribi
quod tamen initium habuisse ait anno septingentesimo o
ctogesimo quarto, finem nongentesimo vicesimo secund
quo finiente victus est *TumanBâï*: ut & quando *Mamluc*
Turcis annos centum sexaginta quatuor tribuit, cum impe
rare cœperint anno sexcentesimo quadragesimo octavo; qu
teste *Abu'lFeda*, die Sabbati ultimo *Rabia* posterioris
Ibeg Turcomannus regni insignia sibi assumpsit, & *Almal*
AlMoezz appellatus est. Quod ad *Mamlucos* istos inqu

A


Alfannabius, لو تاملت جميع ايام دولتهم لا سيما في الاواخر لوجدتها محشوة بالفتن والملاحم والقتال وايقاع الشر والفساد *Si totum quo regnum occuparunt tempus respicias, præsertim quod fini propius, reperies illud bellis, pugnis, injuriis & rapinis refertum.* Nec aliter fieri potuit, ubi precario imperabatur; iique penes quos rerum arbitrium esse debuit, ab aliorum arbitrio toti pendebant: quorum ambitio imperantibus, & leges, & tempus regnandi præscribebat. Ex his quæ dicta sunt facilè patet, in errore esse eos qui *Mamlucos Christianorum* tantummodo filios fuisse autumant; nec non in aliis errâsse, quæ de successionis apud eos jure, eorumque disciplina tradunt. Obiter etiam notare liceat *Leunclavium*, aliosque, qui cum de *Mamlucis* scribunt, *Zindi*, & *Zindiorum* mentionem faciunt, nihil aliud quam vocem *Arabicam* جند *Jond*, & جندي *Jondi*, (seu ejus plurale) quæ *exercitum*, & *ad exercitum pertinentes*, seu *milites* denotant.







Chalipharum Abbasidarum post *Bagdadum* captum Series.



SUb Regibus *Mamlucis* ſemper fuerunt in *Ægypto* qui *Chalifæ* titulo ornati ſunt, omni licet authoritate ſpoliati à *Soltanorum* arbitrio penderent; quorum & hic Catalogum ſubjicere ad iſtorum temporum notitiam aliquid forſan conferat.

1. المستنصر بالله ابو القسم احمد بن امير المومنين الظاهر بالله ابي نصر محمد العباسي *AlMoſtanſer billahi Abu'Kaſem Ahmed* filius *Amiri'lMumenin AlDhaher billahi Abu Naſr Mohammed, Abbaſida*. Hic poſt *AlMoſta'ſemum Chalipham* ejuſque filios ab *Holacu* è medio ſublatos, & abolitum *Bagdadi Chalifarum Abbaſidarum* imperium, in *Ægyptum* tendens, anno *Hejræ* ſexcenteſimo quinquageſimo nono, die nono menſis *Rajebi*, à *Soltano Bibarſo*, atque univerſo populo, *Chalipha* (quo titulo nemo jam per tres annos & dimidium inſignitus fuerat) ſalutatus eſt. Eoque munere quinque menſibus, & viginti diebus functus, cum *Bagdadum*, copiis à *Soltano* inſtructus, repeteret, *Tatarorum* manibus periit.

2. الحاكم بامر الله ابو العباس احمد *AlHacem beamrillah, Abu'l Abbas Ahmed*. In *Ægyptum* venit die *Jovis* viceſimo ſexto *Saphari*, anno ſexcenteſimo ſexageſimo: ſolenniter inauguratus eſt ſub finē *Du'lHajja* juxta *Abu'lFedam*, juxta alios octavo menſis *Moharrami*. *Chalifatum* obtinuit

annis

annis quadraginta & aliquot mensibus. Obiit anno septingentesimo primo, die Veneris decimo octavo *Jomada* prioris; ac primus *Abbasidarum* in *Ægypto* sepultus est. Annûm *Hejra* sexcentesimum septuagesimum octavum notant Historici, ut dissidiis & bellis intestinis infamem: verba *Al-Jannabii* hæc sunt, وفى سنة ثمان وسبعين اتفق ان وقع الخلف بين اهل الممالك كلها اختلفت التاتار فيما بينهم واقتتلوا فقتل بعضهم بعضا وكذلك الافرنج قتل بعضهم بعضا وكذلك قبايل الاعراب اقتتلوا قتالا شديدا وكذلك وقع الخلف بين الامرا الظاهرية بالديار المصرية *Anno sexcentesimo septuagesimo octavo factum est, ut acciderint dißensiones in omnibus ubique regnis. Tatari in varias euntes sententias bellis concertârunt, aliiq; alios interfecerunt. Sic & Franci alii alios occiderunt: necnon Arabum tribus gravia inter se bella geßerunt; atq; inter Principes Dhaharienses in regionibus Ægyptiacis orta est contentio.*

3. المستكفي بالله ابو الربيع سليمان ابن الحاكم بامر الله *AlMostacphi billahi Abu'lRabia Soliman* filius *AlHacemi beamrillahi.* Inauguratus mense *Jomada* priori anno septingentesimo primo, annos viginti natus, eoque munere functus est annis triginta novem, donec anno septingentesimo quadragesimo è vivis excederet, mense *Shaabano*; vel, ut alii, anno quadragesimo primo; ut *Ebn Dakmak*, & *Maured*; secundo.

4. الواثق بالله ابراهيم بن محمد المستمسك بن الحاكم احمد *AlWathek billahi Abrahim* filius *Mohammedis AlMostamseci* filii *AlHacemi Ahmedis.* A *Soltano AlMalec AlNasero*, qui *Mostacphio billahi* infensus filium ipsius, quem testamento

 succes-

ſucceſſorem deſignaverat, ad Chalifatum admittere noluit, Chalipha ſalutatus eſt die Lunæ menſis *Ramadani* tertio, ut *AlJannabius*, (ut *AlMakrizius* die Lunæ *Shaabani* viceſimo quinto) renuentibus Judicibus & Legis peritis; donec tandem poſt quatuor menſes (menſe *Shaabano* ſecundùm *AlMakrizium*) publicè inauguratus eſſet, & *Alwathek billahi* appellatus: deinde mortuo *AlNaſero*, anno quadrageſimo primo finiente menſe *Du'lHajjah* Chalifatu, quem annum & dies aliquot obtinuerat, amotus eſt. Quidam hæc facta volunt vivente adhuc *Moſtacphio*, & , nuncio de ejus morte accepto, ſtatim de faſtigio dejectum *Abrahimum*. Sic *Maured*, & *Ebn Dakmak*.

5. الحاكم بامر الله ابو العباس احمد بن المستكفي *AlHacem beamrillahi Abu'lAbbas Ahmed* filius *AlMoſtacphil*. Amoto *AlWatheko* Chalifa renuntiatus eſt die Sabbati finiente *Du'lHajjah*, anno ſeptingenteſimo quadrageſimo primo, juxta *AlMakrizium*; atque eâ in dignitate perſtitit, donec è vitâ diſcederet die Veneris quarto *Shaabani* anno quadrageſimo octavo: at *AlJannabius* & *Ahmed Ebn Yuſeph* anni quinquageſimi tertii medio mortuum aiunt. *Maured* & *Ebn Dakmak* inauguratum aiunt viceſimo *Shaabani*, anno ſeptingenteſimo quadrageſimo primo, mortuum quinquageſimo quarto.

6. المعتضد بالله ابو بكر ابن المستكفي بالله *AlMotaded billahi AbuBecr* filius *AlMoſtacphii billahi*. Mortuo fratre, Chalipha renuntiatus eſt; eâq; dignitate functus decem annos, obiit anno ſeptingenteſimo ſexageſimo tertio menſis *Jomadæ* prioris quarto, ut *Ahmed Ebn Yuſeph*: decimo tertio,

ut

ut *AlMakrizi*, qui dies *Martis*; decimo octavo, ut *AlJannabius*, AlMaured, & *Ebn Dakmak*, qui dies *Mercurii* fuit.

7. المتوكل على الله ابو عبد الله محمد بن المعتضد *Al-Motawaccel ala'llahi Abu Abdollah Mohammed* filius *Mo'tadedi*. Inauguratus est (*testibus AlJannabio* & *Maured*) septimo *Jomada* posterioris, anno septingentesimo sexagesimo tertio. Anno septuagesimo nono mense *Safaro*, ab *Emiro Inbego* de gradu dejectus est, suffecto in locum ipsius patruele ipsius *Zacharia Ebn* Abrahimi: deinde vicesimo *Rabia* posterioris ejusdem anni eidem restitutus, dignitatem pristinam obtinuit usq; ad mensem *Rajebum*, anni octogesimi quinti; quo à Rege *AlDhabero Barkuko* iterum ea spoliatus est, & in carcerem conjectus.

8. الواثق ابو حفص عمر ابن المعتصم ابراهيم بن المستمسك *Alwathek Abu Hophs Omar filius AlMo'tasemi Abrahimi filii AlMostamseci*. In *Chaliphatum* loco *Al-Motawacceli* suffectus cum eo circiter tres annos, & totidem menses functus esset, obiit anno septingentesimo octogesimo octavo, mensis *Shawáli* secundum *AlJannabium* decimo nono, qui dies *Mercurii*; secundùm *AlMakrizium* nono, qui dies Sabbati; secundùm Authorem *Maured*, die *Mercurii Shawali* vicesimo septimo.

9. المعتصم بالله ابو يحيي زكريا ابن المعتصم ابراهيم *AlMo'tasem billahi Abu Yahya Zacaria filius AlMo'tasemi Abrahimi*, qui prius ab *Inbego* præfectus fuerat. Jam solenniter, ita volente *Barkuko*, inauguratus *Chalifatum* obtinuit, donec eo amoveretur anno septingentesimo nonagesimo primo, mensis *Jomada* primo.

10. *AlMo'tawaccel Alallahi Mohammed* denuo *Chalifatum* die *Mercurii Jomada* prioris primo adeptus, eum retinuit usque ad annum *Hejra* octingentesimum octavum, quo die *Martis Rajebi* vicesimo octavo, mortuus est, quadraginta quinq; circiter annis postquam primũ ad eum honoris gradũ ascenderat. Solus *Ahmed Ebn Yuseph* mense *Jomada* posteriore obiisse scribit. Forsan Librarii error est, à quo & ibidem pro octingentesimo octavo, scriptum est octingentesimo quinquagesimo octavo. Multos hic reliquit liberos, quorum quinque *Chalifatum* adepti sunt, quod haud alii cuipiam *Chalifarum* contigisse ferunt. Ad eum anno septingentesimo nonagesimo septimo, munera & honoraria misisse fertur *Bajazedes Yilderim Chan*, petens ut ejus suffragio confirmaretur sibi dignitas Regia.

11. المستعين بالله ابو الفضل العباس بن المتوكل على الله *AlMostain billahi Abu'lPhadl* AlAbbas *filius AlMotawacceli.* Inauguratus est initio mensis *Shaabani*, anno octingentesimo octavo. Hic una cum *Chalifatu* Regiam etiam dignitatem ad menses aliquot (uti in superioribus dictum) obtinuit: *Chalifatu* demum, anno decimo sexto mense *DulHajja*, exutus *Alexandriam* missus est, ibique primò incarceratus, deinde libertati redditus; peste correptus obiit anno octingentesimo tricesimo tertio, mense *Jomada* posteriori.

12. المعتضد بالله ابو الفتح داود بن المتوكل على الله *AlMotaded billahi Abu'lPhatah Dawoud* filius *Almotawacceli. Chalifa* constitutus die *Jovis* mensis *Du'lHajja* decimo sexto, anno *Hejra* octingentesimo decimo sexto; eam dignitatem

dignitatem fere triginta annis obtinuit, donec tandem anno octingentesimo quadragesimo quinto vitam cum morte commutaret; die *Solis Rabia* posterioris (vel, ut *Ahmed Ebn Yuseph*, prioris) quarto.

13. المستكفي بالله ابو الربيع سليمان بن المتوكل على الله *AlMostacphi billahi Abu'lRabia Soliman* filius *AlMotawacceli*. Successor fratris testamento designatus est, inauguratus mense *Rabia* posteriori, anno prædicto. Annos decem *Chalifatum* retinuit, donec moreretur die *Veneris*, secundo mensis *Moharrami*, anno *Hejræ* octingentesimo quinquagesimo quinto.

14. القايم بامر الله ابو البقا حمزه بن المتوكل على الله *AlKayem beamrillahi Abu'lBakái Hamzah* filius *AlMotawacceli*. Post mortem fratris sui *Chalipha* renunciatus est; at anno quinquagesimo nono, mense *Jomada* posteriori, ut *AlJannabius*, (ut *Ebn Yuseph* priori) de gradu dejectus: quod hoc modo contigisse ferunt. Cum ei infensior *Soltan AlAshraph Inal* accersitum ut affectati regni reum incesseret; veritus ille, ut videtur, ne ab eo dignitate sua privaretur, ipse (ne alia quam sua manu periret) in hæc verba prorupit, خلعت نفسي وعزلتك *Ego me officio meo abdico, te etiam tuo exuo.* Quod ergò in se pronuntiaverat ratum habitum est: minime autem quod in *Soltanum*, utpote cum se priùs omni authoritate & sententiæ ferendæ jure spoliaverat. Eo præcipuè fine *Chaliphas* retinere voluisse videntur *Soltani Ægyptiaci*, ut eorum quasi *Mohammedis* successorum authoritate confirmati, regnum jure possidere viderentur: quoties ergò ad eum gradum quis ascenderet, se à *Chalipha* regem

renunciari

renunciari voluit; sibique ab eo committi الرعية الامور *res populi administrandas*, & ut يتصرف في الممالك كيف شا *in regionibus sibi subditis omnia pro arbitrio suo moderaretur*, ut verbis authoris *Maured* in vita *Kayemi* istius utar. Quin & quoties aliquem imperio amoveri vellent, qui vel ipsi ad illud aspirarent, vel alium quemlibet præsenti anteferrent, ut jure factum videretur, illum *Chalifæ* sententia eo exuendum curabant tanquam res ex præscripto legis non administrantem. Ipsi interim *Chalifæ* toti à Regum nutu pendebant, & sub eis spiritum penitus precarium ducebant, dum pro eorum libitu ea dignitate vel ornarentur vel privarentur. *AlKayem* autem *Chalifatu* summotus *Alexandriam* ablegatus, ibi in carcere detentus est donec è vivis excederet anno octingentesimo sexagesimo tertio.

والمستنجد بالله ابو المحاسن يوسف بن محمد المتوكل 15.

AlMostanjed billahi Abul Mahasen Yuseph filius *Mohammedis AlMotawacceli*. Inauguratus (referente *AlJannabio*) post amotum fratrem, tertio *Rajebi*, anno octingentesimo quinquagesimo nono. Obiit die Sabbati vicesimo quarto mensis *Moharrami*, anno *Hejræ* octingentesimo octogesimo quarto, successore sibi designato ex fratre nepote *Jacobo*, *Chalifatu* functus, ut vult *Ahmed Ebn Yuseph*, annos triginta no[...]m; scribendum potius, viginti quinque.

16. [...] المتوكل على الله عبد العزيز بن يوسف

كل [...] *waccel alallahi* Abdo'lAziz filius *Yusephi*, fil[...] *AlMotawacceli*. Inauguratus est vicesi[...] *Moharrami* anni octingentesimi octogesimi [...] *Veneris* mensis *Safari* secundo, anno nongentesimo

gentesimo tertio, ut *AlJannabius*: *Ebn Tuseph* obiisse scribit finiente *Moharramo*, ac *Chalifatu* functum annos novendecim.

17. المستمسك بالله ابو الصبر يعقوب بن عبد العزيز بن يوسف *AlMostamsec billahi* Abu'lSabr *Yakub* filius Abdo'l-Azizi filii *Tusephi*. Ad *Chalifatum* evectus mense *Sapharo*, inquit *Ahmed Ebn Tuseph*, postridie ejus diei quo mortuus est pater: postquam diu eo functus esset, obiit, inquit *AlJannabius*, succedente ei filio suo; mensis verò vel anni quo obiit non meminit. *Ahmed Ebn Tuseph* anno nongentesimo vicesimo septimo mortuum scribit, quæ quomodo cum sequentibus conveniant dispiciendum.

18. المتوكل على الله محمد بن يعقوب *AlMotawaccel* Alallahi Mohammed filius Jacobi *&c.* وهو اخر الخلفا العباسية وبه انقرضت الخلافة في الدنيا عن بني عباس *Atq; ille Chalifarum Abbasidarum ultimus fuit, in quo penitus per totum terrarum orbem sublata est Chalifatus dignitas ab Abbasi filiis*: inquit *AlJannabius*. Eadem habet & *Ahmed Ebn Tuseph*, quibus præmittit بويع له بالخلافة بعد وفاة ابيه *Chalifa renuntiatus est post obitum patris sui*: qui tamen ait, *Soltanum Selimum Turcarum* Imperatorem cum *Ægyptum* caperet anno *Hejræ* nongentesimo vicesimo secundo قبض على المتوكل هذا عوضا عن والده الكبير سنه *prebendisse Motawaccelum istum loco patris ipsius senio confecti*. Quæ quid volunt si demum post patrem mortuum ipse ad *Chalifatum* promotus fuerit? Ac certè Author libri *AlRaudah* scribit, cum anno nongentesimo vicesimo secundo *Kansu Gauri Soltano Selimo* obviam iturus in *Syriam* iter institueret, una cum eo fuisse *Chalipham AlMotawaccelum*.

renunciari voluit; sibique ab eo committi الامور الرعية *res populi administrandas*, & ut يتصرف في الممالك كيف شا *in regionibus sibi subditis omnia pro arbitrio suo moderaretur*, ut verbis authoris *Maured* in vita *Kayemi* istius utar. Quin & quoties aliquem imperio amoveri vellent, qui vel ipsi ad illud aspirarent, vel alium quemlibet præsenti anteferrent, ut jure factum videretur, illum *Chalifæ* sententia eo exuendum curabant tanquam res ex præscripto legis non administrantem. Ipsi interim *Chalifæ* toti à Regum nutu pendebant, & sub eis spiritum penitus precarium ducebant, dum pro eorum libitu ea dignitate vel ornarentur vel privarentur. *AlKayem* autem *Chalifatu* summotus *Alexandriam* ablegatus, ibi in carcere detentus est donec è vivis excederet anno octingentesimo sexagesimo tertio.

المستنجد بالله ابو المحاسن يوسف بن محمد المتوكل 15.

AlMostanjed billahi Abul Mahasen Yuseph filius *Mohammedis AlMotawacceli*. Inauguratus (referente *AlJannabio*) post amotum fratrem, tertio *Rajebi*, anno octingentesimo quinquagesimo nono. Obiit die Sabbati vicesimo quarto mensis *Moharrami*, anno *Hejræ* octingentesimo octogesimo quarto, successore sibi designato ex fratre nepote *Jacobo*, *Chalifatu* functus, ut vult *Ahmed Ebn Yuseph*, annos triginta novem; scribendum potius, viginti quinque.

16. المتوكل على الله عبد العزيز بن يوسف بن محمد المتوكل *AlMotawaccel alallahi* Abdo'lAziz filius *Yusephi*, filii *Mohammedis AlMotawacceli*. Inauguratus est vicesimo sexto mensis *Moharrami* anni octingentesimi octogesimi quarti. Obiit die *Veneris* mensis *Safari* secundo, anno nongentesimo

gentefimo tertio, ut *AlJannabius*: *Ebn Yuſeph* obiiſſe ſcribit finiente *Moharramo*, ac *Chalifatu* functum annos novendecim.

17. المستمسك بالله ابو الصبر يعقوب بن عبد العزيز بن يوسف *AlMoſtamſec billahi* Abu'l*Sabr Yakub* filius Abdo'l-A*zizi* filii *Yuſephi*. Ad *Chalifatum* evectus menſe S*apharo*, inquit A*hmed Ebn Yuſeph*, poſtridie ejus diei quo mortuus eſt pater: poſtquam diu eo functus eſſet, obiit, inquit A*lJannabius*, ſuccedente ei filio ſuo; menſis verò vel anni quo obiit non meminit. A*hmed Ebn Yuſeph* anno nongenteſimo viceſimo ſeptimo mortuum ſcribit, quæ quomodo cum ſequentibus conveniant diſpiciendum.

18. المتوكل على الله محمد بن يعقوب AlM*otawaccel* Alallahi Mohammed filius J*acobi* &c. وهو اخر الخلفا العباسية وبه انقرضت الخلافة في الدنيا عن بني عباس '*Atq; ille Chalifarum* Abba*ſidarum ultimus fuit, in quo penitus per totum terrarum orbem ſublata eſt Chalifatus dignitas ab* Abba*ſi filiis*: inquit A*lJannabius*. Eadem habet & A*hmed Ebn Yuſeph*, quibus præmittit يويع له بالخلافة بعد وفاة ابيه *Chalifa renuntiatus eſt poſt obitum patris ſui*: qui tamen ait, S*oltanum Selimum Turcarum* Imperatorem cum *Ægyptum* caperet anno *Hejræ* nongenteſimo viceſimo ſecundo قبض على المتوكل هذا عوضا عن والده الكبير سنة *prebendiſſe* Mo*tawaccelum iſtum loco patris ipſius ſenio confecti*. Quæ quid volunt ſi demum poſt patrem mortuum ipſe ad *Chalifatum* promotus fuerit? Ac certè Author libri Al*Raudah* ſcribit, cum anno nongenteſimo viceſimo ſecundo *Kanſu Gauri Soltano Selimo* obviam iturus in *Syriam* iter inſtitueret, una cum eo fuiſſe *Chalipham* AlM*otawaccelum*.

celum. Subeſt ergò hic difficultatis aliquid, quod niſi aliis inſpectis authoribus haud facilè tolletur. Porrò *Selimum* ferunt *Motawaccelum* ſecum *Conſtantinopolim* abductum ibi incarceratum detinuiſſe, donec morti vicinus anno nongenteſimo viceſimo ſexto in libertatem reſtitueret, quotidie illi ستين درهما عثمانيا *ſexaginta argenteos Othmanicos* numerari jubens. Illum autem in *Ægyptum* reverſum ibi quamdiu viveret ſedem fixiſſe. Uſque ad annum *Hejra* nongenteſimum quadrageſimum quintum vixiſſe ait *Ahmed Ebn Yuſeph*, ac duos reliquiſſe filios, quibus ex fiſco regio certa aſſignabantur ſtipendia.




Regum





Regum & Imperatorum Othmanidarum (seu ut vulgo audiunt, Ottomanicorum) series, ex AlJannabio & Ahmede Ebn Yuseph, &c.



Xtincto *Mamlucorum* dominatu, & sublata, qualiscunque tandem fuerit, *Chalipharum* authoritate, quicquid penes ipsos fuit *Othmanidis* victoribus cessit: quorum res gestas licet alii fusius descripserint, quo tamen ad nostram usque memoriam historiæ inceptæ series continuetur, visum est eorum etiam successiones ordine persequi; ab eo tempore quo primum Occidentem versus arma movere, adeoque *Europæis* fama innotescere cœperint, initio sumpto; quamvis non ante *Selimum* eorum nonum *Ægyptus* & *Syria* in eorum potestatem devenerint.

Nihil certi ultra سليمان شاه *Soliman-Shahum*, de *Othmanidarum* origine, memoriæ proditum reperimus. Illum tradunt, circa annum *Hejræ* sexcentesimum undecimum, à *Jingiz Chani*, & *Tatarorum* impetu, relicta provincia ماهان *Mahan*, من بلاد العجم *è ditionibus Persarũ*, cui præerat, una cum aliis *qua Principibus qua subditis*, fuga se subducentem in *Asiam* minorem iter instituisse, audita *Seljukidarum*, qui in ea tunc temporis regnabant, famâ: factum autem ut cum *Euphratem*, cujus vada nesciret, trajicere vellet, aquis obrutus periret. Eo casu consternatis filiis, è tribus qui cum

ipso erant, duos, سنقور زنكي *Sankur Zengi*, & كون طوغدي *Cun Tugdi* in *Persarũ* regiones rediisse: ارطغرل *Ortogrulem* verò tertium, una cum tribus qui & ipsi erant filiis قندز *Condoz*, صاروبني *Sarubani* & عثمان *Othman*, istis in partibus substitisse; donec *Sarubanio* filio ad *Iconii* Dominum *Ala'ddinum* misso, ipsius ditiones ingrediendi veniam, & locum ubi sedem figeret impetraret: quo inter montes *Tumala-Sii* & *Armeniæ* assignato, castra in loco dicto قره جه طاغ *Karahjahtag* (vel ut *Ahmed Ebn Yuseph* قره جبطاغ *Karahja-ptag*) posuit, quadringenta suorum tentoria *Turcica* secum habens. Hic cum rebus contra hostes strenuè gestis magnam apud *Ala'ddinum* gratiam iniisset, summoque in honore esset, vitam cum morte commutavit anno *Hejræ* sexcentesimo octogesimo septimo: atque in locum ejus suffectus est filius ipsius *Othman Beg* jussu Regis; à quo cum & vexillum Regium, tympanum, vestem honorariam, & ensem in honoris delati signum accepisset, dum pulsaretur tympanum assurgens pedibus stetit, Regi *Ala'ddino* honorem exhibens, unde fluxisse morem volunt, ut cum pulsentur tympana Regia, *Othmanidarum* exercitus pedibus erecti consistant. Postea cum *Soltan Ala'ddin* senio fractus & *Tatarorum* incursionibus vexatus satis habuit res suas curare, *Othman Beg* iste *Soltani* nomen sibi assumpsit in urbibus quas *Græcis* eripuit: ac eo titulo primum in suggestis facta est ejus mentio anno sexcentesimo nonagesimo nono; quod & *Soltani Ala'ddini* permissu factum volunt nonnulli.

Primus ergò Regum *Othmanidarum* fuit عثمان *Othman* (vulgò, *Ottoman*) qui anno *Hejræ* septingentesimo vicesimo

sexto


ſexto obiit, ante (vel ut alii volunt, paulo poſt) captam urbem *Bruſiam*, ad quam obſidione arctandam filium *Urchanem* miſerat. Non alias reliquiſſe fertur opes quam equos quoſdam & oves, à quibus ſunt oves quæ in partibus *Bruſiæ* nomine Regum *Othmanidarum* paſcuntur. Vixiſſe annos ſexaginta novem, viginti ſex regnâſſe teſtantur *Al Jannabius* & *Ahmed Ebn Yuſeph*. Sedes Regia ei fuit ينكي شهر *Yengi-Shahr*.

2. اورخان بك *Urchan Beg Othmani* filius, hic *Bruſiam*, ad quam expugnandam à Patre miſſus fuerat, captam, ſedē Regiam conſtituit, extructis ibi Templo, Schola, & Xenodochio: quin & ازنكمد *Iznicmid* [*Nicomediam*] &, ازنيك *Iznik* [*Nicæam*,] ubi celebratum eſt concilium, aliáſque urbes & arces cepit complures. Ejus juſſu, anno *Hejræ* ſeptingenteſimo quinquageſimo octavo, filius ipſius *Soliman Baſha* connexis trabibus copias in *Græciam* trajecit, atque ibi loco dicto مكره *Macrah*, ut *Jannabius*, (ut *Ahmed Ebn Yuſeph*, tranſpoſitis literis, كمره *Camara*) appellens, caſtrum quoddam جمني *Jemna* appellatum aliáque ſubinde cepit; deinde anno ſequenti urbem *Callipolim*, aliaque loca munita in poteſtatem redegit. *Urchanes* autem (conſentientibus *Al Jannabio*, & *Ahmede*) regnare cœpit ineunte anno *Hejræ* ſeptingenteſimo viceſimo ſeptimo, annos tunc natus circiter quadraginta octo, (natum enim ait *Ahmedes* anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo octavo) obiit anno ſeptingenteſimo ſexageſimo primo, cum vixiſſet annos juxta *Jannabium* ſeptuaginta tres, juxta *Ahmedem* ſexaginta tres; & ſecundum utrumque quadraginta & unum imperâſſet. At qui hos inter ſe numeros contulerit apud utrumque, à Librario ſaltem, erratum

tum



Chalipharum Abbasidarum post *Bagdadum* captum Series.



Ub Regibus *Mamlucis* ſemper fuerunt in *Ægypto* qui *Chalifa* titulo ornati ſunt, omni licet authoritate ſpoliati à *Soltanorum* arbitrio penderent; quorum & hic Catalogum ſubjicere ad iſtorum temporum notitiam aliquid forſan conferat.

1. المستنصر بالله ابو القسم احمد بن امير المومنين الظاهر بالله ابى نصر محمد العباسي *AlMoſtanſer billahi Abu'Kaſem Ahmed* filius *Amiri'lMumenin AlDhaher billahi Abu Naſr Mohammed, Abbaſida*. Hic poſt *AlMoſta'ſemum Chalipham* ejuſque filios ab *Holacu* è medio ſublatos, & abolitum *Bagdadi Chalifarum Abbaſidarum* imperium, in *Ægyptum* tendens, anno *Hejræ* ſexcenteſimo quinquageſimo nono, die nono menſis *Rajebi*, à *Soltano Bibarſo*, atque univerſo populo, *Chalipha* (quo titulo nemo jam per tres annos & dimidium inſignitus fuerat) ſalutatus eſt. Eoque munere quinque menſibus, & viginti diebus functus, cum *Bagdadum*, copiis à *Soltano* inſtructus, repeteret, *Tatarorum* manibus periit.

2. الحاكم بامر الله ابو العباس احمد *AlHacem beamrillah, Abu'l Abbas Ahmed*. In *Ægyptum* venit die *Jovis* viceſimo ſexto *Saphari*, anno ſexcenteſimo ſexageſimo: ſolenniter inauguratus eſt ſub finē *Du'lHajja* juxta *Abu'lFedam*, juxta alios octavo menſis *Moharrami*. *Chalifatum* obtinuit

annis

annis quadraginta & aliquot mensibus. Obiit anno septingentesimo primo, die Veneris decimo octavo *Jomada* prioris; ac primus *Abbasidarum* in *Ægypto* sepultus est. Annûm *Hejræ* sexcentesimum septuagesimum octavum notant Historici, ut dissidiis & bellis intestinis infamem: verba *AlJannabii* hæc sunt, وفي سنة ثمان وسبعين اتفق ان وقع الخلف بين اهل الممالك كلها اختلفت التاتار فيما بينهم واقتتلوا فقتل بعضهم بعضا وكذلك الافرنج قتل بعضهم بعضا وكذلك قبايل الاعراب اقتتلوا قتالا شديدا وكذلك وقع الخلف بين الامرا الظاهرية بالديار المصرية *Anno sexcentesimo septuagesimo octavo factum est, ut acciderint dissensiones in omnibus ubique regnis. Tatari in varias euntes sententias bellis concertârunt, aliiq; alios interfecerunt. Sic & Franci alii alios occiderunt: necnon Arabum tribus gravia inter se bella gesserunt; atq; inter Principes Dhaharienses in regionibus Ægyptiacis orta est contentio.*

3. المستكفي بالله ابو الربيع سليمان ابن الحاكم بامر الله. *AlMostacphi billahi Abu'lRabia Soliman* filius *AlHacemi beamrillahi.* Inauguratus mense *Jomada* priori anno septingentesimo primo, annos viginti natus, eoque munere functus est annis triginta novem, donec anno septingentesimo quadragesimo è vivis excederet, mense *Shaabano*; vel, ut alii, anno quadragesimo primo; ut *Ebn Dakmak*, & *Maured*; secundo.

4. الواثق بالله ابراهيم بن محمد المستمسك بن الحاكم احمد. *AlWathek billahi Abrahim* filius *Mohammedis AlMostamsect* filii *AlHacemi Ahmedis.* A *Soltano AlMalec AlNasero*, qui *Mostacphio billahi* infensus filium ipsius, quem testamento

 succes-

ſucceſſorem deſignaverat, ad Chalifatum admittere noluit, Chalipha ſalutatus eſt die Lunæ menſis *Ramadani* tertio, ut *AlJannabius*, (ut *AlMakrizius* die Lunæ *Shaabani* viceſimo quinto) renuentibus Judicibus & Legis peritis; donec tandem poſt quatuor menſes (menſe *Shaabano* ſecundùm *AlMakrizium*) publicè inauguratus eſſet, & *Alwathek billahi* appellatus: deinde mortuo *AlNaſero*, anno quadrageſimo primo finiente menſe *Du'lHajjah* Chalifatu, quem annum & dies aliquot obtinuerat, amotus eſt. Quidam hæc facta volunt vivente adhuc *Moſtacphio*, & , nuncio de ejus morte accepto, ſtatim de faſtigio dejectum *Abrahimum*. Sic *Maured*, & *Ebn Dakmak*.

5. الحاكم بامر الله ابو العباس احمد بن المستكفي *AlHacem beamrillahi Abu'lAbbas Ahmed* filius *AlMoſtacphil*. Amoto *AlWatheko* Chalifa renuntiatus eſt die Sabbati finiente *Du'lHajjah*, anno ſeptingenteſimo quadrageſimo primo, juxta *AlMakrizium*; atque eâ in dignitate perſtitit, donec è vitâ diſcederet die Veneris quarto *Shaabani* anno quadrageſimo octavo: at *AlJannabius* & *Ahmed Ebn Yuſeph* anni quinquageſimi tertii medio mortuum aiunt. *Maured* & *Ebn Dakmak* inauguratum aiunt viceſimo *Shaabani*, anno ſeptingenteſimo quadrageſimo primo, mortuum quinquageſimo quarto.

6. المعتضد بالله ابو بكر ابن المستكفي بالله *AlMotaded billahi AbuBecr* filius *AlMoſtacphii billahi*. Mortuo fratre, Chalipha renuntiatus eſt; eâq; dignitate functus decem annos, obiit anno ſeptingenteſimo ſexageſimo tertio menſis *Jomadæ* prioris quarto, ut *Ahmed Ebn Yuſeph*: decimo tertio,

ut

ut *AlMakrizi*,qui dies *Martis*; decimo octavo,ut *AlJannabius*,AlMaured, & *Ebn Dakmak*, qui dies *Mercurii* fuit.

7. المتوكل على الله ابو عبد الله محمد بن المعتضد *AlMotawaccel ala'llahi Abu Abdollah Mohammed* filius *Mo'tadedi*.Inauguratus est (testibus *AlJannabio* & *Maured*) septimo *Jomada* posterioris, anno septingentesimo sexagesimo tertio. Anno septuagesimo nono mense *Safaro*, ab *Emiro Inbego* de gradu dejectus est, suffecto in locum ipsius patruele ipsius *Zacharia Ebn Abrahimi*: deinde vicesimo *Rabia* posterioris ejusdem anni eidem restitutus, dignitatem pristinam obtinuit usq; ad mensem *Rajebum*,anni octogesimi quinti; quo à Rege *AlDhabero Barkuko* iterum ea spoliatus est, & in carcerem conjectus.

8. الواثق ابو حفص عمر ابن المعتصم ابراهيم بن المستمسك *Alwathek Abu Hophs Omar filius AlMo'tasemi Abrahimi filii AlMostamseci*. In *Chaliphatum* loco *AlMotawacceli* suffectus cùm eo circiter tres annos, & totidem menses functus esset,obiit anno septingentesimo octogesimo octavo, mensis *Shawáli* secundum *AlJannabium* decimo nono, qui dies *Mercurii*; secundùm *AlMakrizium* nono, qui diesSabbati; secundùm Authorem *Maured*, die *Mercurii Shawali* vicesimo septimo.

9. المعتصم بالله ابو يحيى زكريا ابن المعتصم ابراهيم *AlMo'tasem billahi Abu Yahya Zacaria filius AlMo'tasemi Abrahimi*, qui prius ab *Inbego* præfectus fuerat. Jam solenniter, ita volente *Barkuko*,inauguratus *Chalifatum* obtinuit, donec eo amoveretur anno septingentesimo nonagesimo primo, mensis *Jomada* primo.

10. *AlMo'tawaccel Alallahi Mohammed* denuo *Chalifatum* die *Mercurii Jomada* prioris primo adeptus, eum retinuit usque ad annum *Hejræ* octingentesimum octavum, quo die *Martis Rajebi* vicesimo octavo, mortuus est, quadraginta quinq; circiter annis postquam primũ ad eum honoris gradũ ascenderat. Solus *Ahmed Ebn Yuseph* mense *Jomada* posteriore obiisse scribit. Forsan Librarii error est, à quo & ibidem pro octingentesimo octavo, scriptum est octingentesimo quinquagesimo octavo. Multos hic reliquit liberos, quorum quinque *Chalifatum* adepti sunt, quod haud alii cuipiam *Chalifarum* contigisse ferunt. Ad eum anno septingentesimo nonagesimo septimo, munera & honoraria misisse fertur *Bajazedes Yilderim Chan*, petens ut ejus suffragio confirmaretur sibi dignitas Regia.

11. المستعين بالله ابو الفضل العباس بن المتوكل على الله *AlMostain billahi Abu'lPhadl* AlAbbas *filius AlMotawacceli*. Inauguratus est initio mensis *Shaabani*, anno octingentesimo octavo. Hic una cum *Chalifatu* Regiam etiam dignitatem ad menses aliquot (uti in superioribus dictum) obtinuit: *Chalifatu* demum, anno decimo sexto mense *DulHajja*, exutus *Alexandriam* missus est, ibique primò incarceratus, deinde libertati redditus; peste correptus obiit anno octingentesimo tricesimo tertio, mense *Jomada* posteriori.

12. المعتضد بالله ابو الفتح داود بن المتوكل على الله *AlMotaded billahi Abu'lPhatah Dawoud filius* Almotawacceli. *Chalifa* constitutus die *Jovis* mensis *Du'lHajjæ* decimo sexto, anno *Hejræ* octingentesimo decimo sexto; eam

dignitatem

dignitatem fere triginta annis obtinuit, donec tándem anno octingenteſimo quadrageſimo quinto vitam cum morte commutaret; die *Solis Rabia* poſterioris (vel, ut *Ahmed Ebn Yuſeph*, prioris) quarto.

13. المستكفي بالله ابو الربيع سليمان بن المتوكل على الله *AlMoſtacphi billahi Abu'lRabia Soliman* filius *AlMotawacceli*. Succeſſor fratris teſtamento deſignatus eſt, inauguratus menſe *Rabia* poſteriori, anno prædicto. Annos decem *Chalifatum* retinuit, donec moreretur die *Veneris*, ſecundo menſis *Moharrami*, anno *Hejræ* octingenteſimo quinquageſimo quinto.

14. القايم بامر الله ابو البقا حمزة بن المتوكل على الله *AlKayem beamrillahi Abu'lBakái Hamzah* filius *AlMotawacceli*. Poſt mortem fratris ſui *Chalipha* renuntiatus eſt; at anno quinquageſimo nono, menſe *Jomada* poſteriori, ut *AlJannabius*, (ut *Ebn Yuſeph* priori) de gradu dejectus: quod hoc modo contigiſſe ferunt. Cum ei infenſior *Soltan AlAſhraph Inal* accerſitum ut affectati regni reum inceſſeret; veritus ille, ut videtur, ne ab eo dignitate ſua privaretur, ipſe (ne alia quam ſua manu periret) in hæc verba prorupit, خلعت نفسي وخلعتك *Ego me officio meo abdico, te etiam tuo exuo.* Quod ergò in ſe pronuntiaverat ratum habitum eſt: minime autem quod in *Soltanum*, utpote cum ſe priùs omni authoritate & ſententiæ ferendæ jure ſpoliaverat. Eo præcipuè fine *Chaliphas* retinere voluiſſe videntur *Soltani Ægyptiaci*, ut eorum quaſi *Mohammedis* ſucceſſorum authoritate confirmati, regnum jure poſſidere viderentur: quoties ergò ad eum gradum quis aſcenderet, ſe à *Chalipha* regem

G renunciari

renunciari voluit; ſibique ab eo committi الامور الرعية *res populi adminiſtrandas*, & ut يتصرف في الممالك كيف شا *in regionibus ſibi ſubditis omnia pro arbitrio ſuo moderaretur*, ut verbis authoris *Maured* in vita *Kayemi* iſtius utar. Quin & quoties aliquem imperio amoveri vellent, qui vel ipſi ad illud aſpirarent, vel alium quemlibet præſenti anteferrent, ut jure factum videretur, illum *Chalifæ* ſententia eo exuendum curabant tanquam res ex præſcripto legis non adminiſtrantem. Ipſi interim *Chalifæ* toti à Regum nutu pendebant, & ſub eis ſpiritum penitus precarium ducebant, dum pro eorum libitu ea dignitate vel ornarentur vel privarentur. *AlKayem* autem *Chalifatu* ſummotus *Alexandriam* ablegatus, ibi in carcere detentus eſt donec è vivis excederet anno octingenteſimo ſexageſimo tertio.

المستنجد بالله ابو المحاسن يوسف بن محمد المتوكل ١٥.
AlMoſtanjed billahi Abul Mahaſen Yuſeph filius *Mohammedis AlMotawacceli*. Inauguratus (referente *AlJannabio*) poſt amotum fratrem, tertio *Rajebi*, anno octingenteſimo quinquageſimo nono. Obiit die Sabbati viceſimo quarto menſis *Moharrami*, anno *Hejræ* octingenteſimo octogeſimo quarto, ſucceſſore ſibi deſignato ex fratre nepote *Jacobo*, *Chalifatu* functus, ut vult *Ahmed Ebn Yuſeph*, annos triginta novem; ſcribendum potius, viginti quinque.

16. المتوكل على الله عبد العزيز بن يوسف بن محمد
المتوكل *AlMotawaccel alallahi Abdo'lAziz* filius *Yuſephi*, filii *Mohammedis AlMotawacceli*. Inauguratus eſt viceſimo ſexto menſis *Moharrami* anni octingenteſimi octogeſimi quarti. Obiit die *Veneris* menſis *Safari* ſecundo, anno nongenteſimo

gentesimo tertio, ut *AlJannabius*: *Ebn Yuseph* obiisse scribit finiente *Moharramo*, ac *Chalifatu* functum annos novendecim.

17. المستمسك بالله ابو الصبر يعقوب بن عبد العزيز بن يوسف *AlMostamsec billahi Abu'lSabr Yakub* filius *Abdo'l-Azizi* filii *Yusephi*. Ad *Chalifatum* evectus mense *Sapharo*, inquit *Ahmed Ebn Yuseph*, postridie ejus diei quo mortuus est pater: postquam diu eo functus esset, obiit, inquit *AlJannabius*, succedente ei filio suo; mensis verò vel anni quo obiit non meminit. *Ahmed Ebn Yuseph* anno nongentesimo vicesimo septimo mortuum scribit, quæ quomodo cum sequentibus conveniant dispiciendum.


18. المتوكل على الله محمد بن يعقوب *AlMotawaccel Alallahi Mohammed* filius *Jacobi* &c. وهو اخر الخلفا العباسية وبه انقرضت الخلافة في الدنيا عن بني عباس *Atq; ille Chalifarum Abbasidarum ultimus fuit, in quo penitus per totum terrarum orbem sublata est Chalifatus dignitas ab Abbasi filiis*: inquit *AlJannabius*. Eadem habet & *Ahmed Ebn Yuseph*, quibus præmittit بويع له بالخلافة بعد وفاة ابيه *Chalifa renuntiatus est post obitum patris sui*: qui tamen ait, *Soltanum Selimum Turcarum* Imperatorem cum *Ægyptum* caperet anno *Hejræ* nongentesimo vicesimo secundo قبض على المتوكل هذا عوضا عن والده الكبير سنه *prebendisse Motawaccelum istum loco patris ipsius senio confecti*. Quæ quid volunt si demum post patrem mortuum ipse ad *Chalifatum* promotus fuerit? Ac certè Author libri *AlRaudah* scribit, cum anno nongentesimo vicesimo secundo *Kansu Gauri* Soltano *Selimo* obviam iturus in *Syriam* iter institueret, una cum eo fuisse *Chalipham AlMotawac-*

celum. Subeſt ergò hic difficultatis aliquid, quod niſi aliis inſpectis authoribus haud facilè tolletur. Porrò *Selimum* ferunt *Motawaccelum* ſecum *Conſtantinopolim* abductum ibi incarceratum detinuiſſe, donec morti vicinus anno nongenteſimo viceſimo ſexto in libertatem reſtitueret, quotidie illi ستين درهما عثمانيا *ſexaginta argenteos Othmanicos* numerari jubens. Illum autem in *Ægyptum* reverſum ibi quamdiu viveret ſedem fixiſſe. Uſque ad annum *Hejræ* nongenteſimum quadrageſimum quintum vixiſſe ait *Ahmed Ebn Yuſeph*, ac duos reliquiſſe filios, quibus ex fiſco regio certa aſſignabantur ſtipendia.




Regum







Regum & Imperatorum Othmanidarum (seu ut vulgo audiunt, Ottomanicorum) series, ex AlJannabio & Ahmede Ebn Yuseph, &c.



Xtincto *Mamlucorum* dominatu, & sublata, qualiscunque tandem fuerit, *Chalipharum* authoritate, quicquid penes ipsos fuit *Othmanidis* victoribus cessit: quorum res gestas licet alii fusius descripserint, quo tamen ad nostram usque memoriam historiæ inceptæ series continuetur, visum est eorum etiam successiones ordine persequi; ab eo tempore quo primum Occidentem versus arma movere, adeoque *Europæis* fama innotescere cœperint, initio sumpto; quamvis non ante *Selimum* eorum nonum *Ægyptus* & *Syria* in eorum potestatem devenerint.

Nihil certi ultra سليمان شاه *Soliman-Shahum*, de *Othmanidarum* origine, memoriæ proditum reperimus. Illum tradunt, circa annum *Hejræ* sexcentesimum undecimum, à *Jingiz Chani*, & *Tatarorum* impetu, relicta provincia ماهان *Mahan* من بلاد العجم è *ditionibus Persarũ*, cui præerat, una cum aliis *qua Principibus qua subditis*, fuga se subducentem in *Asiam* minorem iter instituisse, audita *Seljukidarum*, qui in ea tunc temporis regnabant, famâ: factum autem ut cum *Euphratem*, cujus vada nesciret, trajicere vellet, aquis obrutus periret. Eo casu consternatis filiis, è tribus qui cum

 ipso

ipſo erant, duos, سنقور زنكي *Sankur Zengi*, & كون طوغدي *Cun Tugdi* in *Perſarū* regiones rediiſſe: ارطغرل *Ortogrulem* verò tertium, una cum tribus qui & ipſi erant filiis كندز *Condoz*, صاروبني *Sarubani* & عثمان *Othman*, iſtis in partibus ſubſtitiſſe; donec *Sarubanio* filio ad *Iconii* Dominum *Ala'ddinum* miſſo, ipſius ditiones ingrediendi veniam, & locum ubi ſedem figeret impetraret: quo inter montes *Tumala-Sii* & *Armeniæ* aſſignato, caſtra in loco dicto قره جه طاغ *Karahʒah Tag* (vel ut *Ahmed Ebn Yuſeph* قره جيطاغ *Karahjaptag*) poſuit, quadringenta ſuorum tentoria *Turcica* ſecum habens. Hic cum rebus contra hoſtes ſtrenuè geſtis magnam apud *Ala'ddinum* gratiam iniiſſet, ſummoque in honore eſſet, vitam cum morte commutavit anno *Hejræ* ſexcenteſimo octogeſimo ſeptimo: atque in locum ejus ſuffectus eſt filius ipſius *Othman Beg* juſſu Regis; à quo cum & vexillum Regium, tympanum, veſtem honorariam, & enſem in honoris delati ſignum accepiſſet, dum pulſaretur tympanum aſſurgens pedibus ſtetit, Regi *Ala'ddino* honorem exhibens, unde fluxiſſe morem volunt, ut cum pulſentur tympana Regia, *Othmanidarum* exercitus pedibus erecti conſiſtant. Poſtea cum *Soltan Ala'ddin* ſenio fractus & *Tatarorum* incurſionibus vexatus ſatis habuit res ſuas curare, *Othman Beg* iſte *Soltani* nomen ſibi aſſumpſit in urbibus quas *Græcis* eripuit: ac eo titulo primum in ſuggeſtis facta eſt ejus mentio anno ſexcenteſimo nonageſimo nono; quod & *Soltani Ala'ddini* permiſſu factum volunt nonnulli.

Primus ergò Regum *Othmanidarum* fuit عثمان *Othman* (vulgò, *Ottoman*) qui anno *Hejræ* ſeptingenteſimo viceſimo

ſexto

ſexto obiit, ante (vel ut alii volunt, paulo poſt) captam urbem *Bruſiam*, ad quam obſidione arctandam filium *Urchanem* miſerat. Non alias reliquiſſe fertur opes quam equos quoſdam & oves, à quibus ſunt oves quæ in partibus *Bruſiæ* nomine Regum *Othmanidarum* paſcuntur. Vixiſſe annos ſexaginta novem, viginti ſex regnâſſe teſtantur *Al Jannabius* & *Ahmed Ebn Yuſeph*. Sedes Regia ei fuit ينكي شهر *Yengi-Shahr*.

2. اورخان بك *Urchan Beg Othmani* filius, hic *Bruſiam*, ad quam expugnandam à Patre miſſus fuerat, captam, ſedē Regiam conſtituit, extructis ibi Templo, Schola, & Xenodochio: quin & ازنكمد *Iznicmid* [*Nicomediam*] &, ازنيك *Iznik* [*Nicæam*,] ubi celebratum eſt concilium, aliáſque urbes & arces cepit complures. Ejus juſſu, anno *Hejræ* ſeptingenteſimo quinquageſimo octavo, filius ipſius *Soliman Baſha* connexis trabibus copias in *Græciam* trajecit, atque ibi loco dicto مكره *Macrah*, ut *Jannabius*, (ut *Ahmed Ebn Yuſeph*, tranſpoſitis literis, كمره *Camara*) appellens, caſtrum quoddam جمني *Jemna* appellatum aliáque ſubinde cepit; deinde anno ſequenti urbem *Callipolim*, aliaque loca munita in poteſtatem redegit. *Urchanes* autem (conſentientibus *Al Jannabio*, & *Ahmede*) regnare cœpit ineunte anno *Hejræ* ſeptingenteſimo viceſimo ſeptimo, annos tunc natus circiter quadraginta octo, (natum enim ait *Ahmedes* anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo octavo) obiit anno ſeptingenteſimo ſexageſimo primo, cum vixiſſet annos juxta *Jannabium* ſeptuaginta tres, juxta *Ahmedem* ſexaginta tres; & ſecundum utrumque quadraginta & unum imperâſſet. At qui hos inter ſe numeros contulerit apud utrumque, à Librario ſaltem, erratum

tum deprehendet. Quod si & alias forsan contigerit, hic monuisse sufficiat nos, prout in eorum quæ penes nos sunt exemplaribus reperiuntur, annorum numeros expressisse; cum ad manum alia non fuerint, ex quibus emendari potuerint. Magis hic quadrat quod apud *Leunclavium* asseritur ipsum annis triginta quatuor, vel triginta duobus regnâsse, octoginta vixisse. Ac certe varia, & inter se pugnantia ab historicis de Regis *Urchanis* ætate, obitu, & quibus imperavit annis, tradi videntur. Observat *Choja Aphendi*, celebris apud *Turcas* historiæ author, sibi non constare *Maula Edrisum* cum *Othmanum* anno septingentesimo undecimo mortuû scribit, *Urchanem* septingentesimo quinquagesimo primo; ipsumque sexaginta quatuor annos vixisse, triginta tres regnasse; ipse eum natum anno sexcentesimo octogesimo perhibet, imperare cœpisse septingentesimo vicesimo sexto, regnasse annos triginta quinque.

3. *Soltan* مراد الغازي *Morad A'Gazi*, i. e. expugnator: Patri successit annos tunc triginta quatuor natus, atque inter alias, tam in *Europa* quam *Asia*, urbes, etiam *Adrianopolim* cepit. Hic anno *Hejræ* septingentesimo sexagesimo tertio novum militum ordinem, quos يڭيچري *Yengi-jari*, vulgo Janizarios, (quod vocabulum *novum exercitum* sonat) appellant, instituit: Suasu enim *AlKadi Kara Chalili* quintam in bello cum *Græcis* captorum partem selectam, cum bombardarum & scloporum usu exerceri jussisset, eos ad religiosum quendam nomine *AlHaji Bactash* misit quo iis benediceret, ac nota aliqua insigniret, qua à reliquo exercitu distinguerentur. Ille tunicæ suæ, quæ è filtro

filtro fuit, manicam abſciſſam Principis eorum capiti impoſuit, iiſque benedicens *Yengijariorum* titulo ornavit. Natus fuit *Morad* iſte anno *Hejræ* ſeptingenteſimo viceſimo ſeptimo, impetare cœpit 761°. annos tunc natus triginta quatuor, Obiit (referente *Alſannabio*) ſecundùm alios nonageſimo primo, cum annos triginta unum regnâſſet, (annos natus ſexaginta quinq;, ut *Ahmed*) ſecundùm alios nonageſimo tertio: interfectus à quodam qui manum ejus deoſculandi prætextu accedens, cultro è manica educto percuſſit; unde mos cum legati ad Regum *Othmanidarum* manus deoſculandas admittantur, ut medii inter duos quorum alter manicam illis dextram, alter ſiniſtram prehendat, deducantur.

4. Soltan يلدرم بايزيد *Yilderim Bayezid* (qui & alias ابو يزيد *Abu Yazid* dicitur) vulgo *Bajazetes*. In ſolio regio collocatus quarto menſis *Ramadani* anno ſeptingenteſimo nonageſimo primo, imperavit annos quatuordecim & tres menſes; à *Timurlenco* (ſeu *Tamerlane*) captus, arcteque habitus, cavea nimirum ferrea incluſus, interiit morbo الخناق وضيق النفس *angina & anguſtia ſpiritus*, die *Jovis* * *Shaabani* decimo quarto, anno octingenteſimo quinto, cum quinquaginta octo annos vixiſſet.

* Ita *Jan.* & *Ebn Yuſ.* potius *Dul-Hajja.*

5. Soltan محمد *Mohammed Bajazetis* filius Refert *Ahmed Ebn Yuſeph Bajazetem* quinque reliquiſſe filios, *Iſam*, *Muſam*, *Solimanem*, *Kaſemum*, & *Mohammedem*, وصار بينهم النزاع والقتال نحو اثني عشر سنة *inter quos de regno diſceptatum & pugnatum eſt circiter duodecim annos*, donec tandem cæteris è medio ſublatis ad unum *Mohammedem* ſumma rerum redierit. Hinc factum, ut *Al-*

Jannabius

Jannabius Bajazetis in regno succesorem, ac quintum *Othmanidarum* Regem statuat سليمان جلبي *SolimanChellabi*, quem annis septem & decem mensibus imperium tenuisse scribit, deinde à fratre *Musa* occisum; sextum الملك الاشرف موسى *AlMalec AlAshraph (Regem inclytum) Musa*, *Bajazetis* filium, cujus (inquit) regnum annorum fuit trium, & sex mensium, ac deinde septimum, qui aliis quintus; *Mohammedem*: quod ergò à morte *Bajazetis* ad *Mohammedem* istum intercessit temporis spatium, apud *Leunclavium* pro interregno habe tur.

Soltan *Mohammed* autem, victo & morte multato fratre suo *Musa*, imperium adeptus est anno octingentesimo decimo sexto, annos tunc natus triginta novem, obiit anno *Hejræ* octingentesimo vicesimo quarto, cum annos octo, & decem menses regnâsset, quadraginta septem vixisset, ut *AlJannabius*; quinquaginta octo, ut *Ahmed*. sed manifesto librarii errore, cum eum anno septingentesimo septuagesimo natum perhibeat.

6. *Soltan AlMalec Aladel*, (Rex justus) مراد خان *Morad Chan*. Patri suo *Mohammedi* successit sub finem anni *Hejræ* octingentesimi vicesimi quarti: vel secundum alios (teste *AlJannabio*) initio vicesimi quinti: annos tunc natus octodecim. Obiit anno octingentesimo quinquagesimo quinto die *Mercurii*, septimo mensis *Moharrami*, cum annos triginta unum imperâsset, quadraginta novem vixisset: secundum alios, annos triginta, sex menses, & octo dies imperium tenuit. In omnibus quas cepit regionibus Templa, Cœnobia, pontes, balnea, & diversoria extruxit.

7 *Soltan*

7. *Soltan* سلطان محمد خان *Mohammed Chan*, *Moradis* filius. Mortuo Patre solus imperium obtinuit anno octingentesimo quinquagesimo quinto, decimo sexto mensis *Moharrami*, (nam & antea vivo Patre regnum aliquandiu administraverat) annos tunc natus novendecim, quinque menses & tres dies; atque exinde annos triginta & duos menses regnavit. *Constantinopolim* cepit anno *Hejræ* octingentesimo quinquagesimo septimo, die *Martis Jomadæ* prioris vicesimo: secundum *AlJannabium*; in *Ahmed Ebn Yuseph* دهار الاربعا العشرين من جمادى الاخرة *die Mercurii vicesimo Jomadæ posterioris*, nescio annon librarii errore scriptum, cum & *Leunclavius* & alii cum *AlJannabio* consentiant. Obiit anno octingentesimo octogesimo sexto, die *Veneris Rabiæ* prioris, quinto: annos natus quinquaginta unum. Hic licet bellis continuo occupatus literis etiam sedulam navavit operam, adeo ut عن في اعيان العلما *in doctorum numero haberetur*, iisque de rebus profundis disputantibus non interesset modo, sed ut moderator præesset, palmamque & præmia insignia bene merentibus deferret.

8. بايزيد خان *Bayezid* (vel *Bajazet*) *Chan*, *Mohammedis* filius. In solium evectus est die decimo octavo *Rabiæ* prioris, anno octingentesimo octogesimo septimo, annos natus triginta, referente *Ahmede Ebn Yuseph*: at *AlJannabius* eum die *Jovis* vicesimo nono *Jomadæ* posterioris anno octogesimo sexto illud occupasse scribit. Hic, cum moreretur pater, peregrinationem religionis ergo *Meccam* instituerat; ideoque patris (qui eum successorem renuntiaverat) jussu قورقود *Kurkudes* ipsius filius, duodecim annorum puer,

puer, imperium eo absente tenuit: quod optime, ut sui juris Rex, administravit, eoque patri, post novem mensium in itinere moram, redeunti libens, licet militum animos sibi conciliaverat, cessit, adeo ut diceret Pater هذه عارية السلطان قورقود عندي *Hoc Sultani Kurkudis apud me depositum est*. Idem post graves cum filio *Selimo* simultates, tandem cum in gratiam cum eo rediisset, regno cessit, anno nongentesimo decimo octavo, mense *Sapharo*. Cumque se alio conferre meditaretur, una cum filio in palatio Regio manere recusans, cum diceret, السيفان لا يجتمعان في غمد واحد *gladios binos una vagina non recondi*, in itinere veneno, aquæ qua se ante orandum ablueret infuso, è medio sublatus est. Imperavit secundum *Al Jannabium* annos triginta duos, vixit sexaginta duos. *Ahmed Ebn Yuseph* annos triginta unum minus diebus aliquot regnâsse tradit, ac natum fuisse anno *Hejræ* octingentesimo quinquagesimo sexto. Quotiescunque in expeditionibus bellicis contra hostes, castra alicubi poneret, solitum ferunt pulverem, qui vestibus adhæreret, excussum loco tuto reponere: cumque se morti vicinum sentiret, ex eo laterem conficiendum curâsse qui genæ ipsius dextræ in sepulchro supponeretur, quod à *Mohammede* dictum esset من اغبرت قدماه في سبيل الله حرم الله عليه النار *Si cujus pedes in via Dei*, (i. *bellis religionis ergo gerendis*) *pulvere conspersi fuerint, Deum igni in eum potestatem non concessurum*. Hic etiam inter tot regni propagandi negotia, & armorum strepitus literis operam dedit, adeo ut iis præcelluerit, & كان يعد من العلما الكبار *inter eximiè doctos numeraretur*: Scholasque, Templa, diversoria, Xenodo-

Xenodochia, pontes &c. extruxit, multaque in doctos erogavit, ampláque illis salaria constituit.

9. *Soltan* سليم خان *Selim Chan Bajazetis* filius, qui *Amasiæ* natus anno octingentesimo septuagesimo secundo. Solio potitus est decimo octavo mensis *Safari* anno nongentesimo decimo octavo, annos tunc natus quadraginta sex. Hic *Mamlucis Ægypti* Dominis internecione deletis eorum imperium penitus è medio sustulit, *Ægyptumq́*. & *Syriam*, & quicquid penes ipsos fuerat, in potestatem suam redegit. Hic etiam doctis accensetur, trium linguarũ, *Arabicæ*, *Persicæ*, & *Turcicæ* peritus, in quibus & carmina elegantissima composuit. Personatus plateas obire solebat, ut quid dicerent homines audiret. Annos * novem & octo menses imperavit, quinquaginta quatuor vixit. Obiit an: nongentesimo vicesimo sexto, die Sabbati mensis *Shawali* nono. Morbo correptũ dum *Adrianopolim* tenderet, quo ibi hyemem transigeret, eo loco ferunt, quo aliquando cum Patre prælio decertaverat. Cum victo *Kansu Gaurio Halebum* ingressus precibus diei *Veneris* solennibus interesset, atque ibi concionatorem pro se, his verbis orantem audiret اللهم انصر مولانا السلطان سليم خان خدام الحرمين الشريفين *O Deus adjuva Dominum nostrum Selim Chan duorum locorum sacrorum illustrium (Mecca & Medina) ministrum*, hunc titulum adeo gratum habuit, ut à templo reversus vestes quibus indutus fuerat, quæ ultra mille aureos valebant, exuens Concionatori dono mitteret; referente Authore libri *Al-Raudah*.

* forf. legend; octo.

10. *Soltan* صليمان *Soliman Selimi* filius. Ad imperium

 evectus

evectus est an: *Hejra* nongentesimo vicesimo sexto, ætatis suæ vicesimo sexto; cum natus esset anno *Hejra* nongentesimo. *Rhodum* cepit, vel potius deditam intravit, die *Jovis* mensis *Safari* sexto, anno *Hejra* nongentesimo vicesimo nono. Neque hic indoctus: carmina *Turcicè*, *Persicè*, & *Arabicè* elegantia condidit. Cum annos quadraginta octo, vel, ut Author libri *AlRaudah*, quadraginta novem, imperâsset, septuaginta quatuor vixisset, obiit mense *Safaro* anni *Hejra* nongentesimi septuagesimi * quinti. Author *AlRaudah* mortuum ait mense *Rabia* posteriori anno prædicto.

* forsan legend. quarti.

11. *Soltan* سليم شاه *Selim Shah Solimanis* filius. Anno nongentesimo tricesimo natus est *Constantinopoli*. *Solio* Regio insedit mense *Rabia* priori, anno nongentesimo septuagesimo quinto, referente *Aljannabio*. Idem tamen alibi, ut & *Ahmed Ebn Yuseph*, eum die *Luna Rabia* prioris nono, anno septuagesimo quarto, illud occupâsse scribit; Author libri *Raudah* die *Luna Rabia* posterioris nono, anni septuagesimi quarti; ut in omnibus à Librariis erratum videatur, cum antea patrem ipsius anno septuagesimo quinto mortuum dixerint, & mors ejus à *Viziero* aliquandiu clam habita fuerit. Obiit die *Luna* vicesimo octavo *Shaabani*, anno *Hejra* nongentesimo octogesimo secundo, secundùm *Aljannabium* & *Ahmedem Ebn Yuseph* (at secundum Authorem *AlRaudah*, septimo *Ramadani*) cum annos octo, quinque menses & novendecim dies imperâsset: vel, ut Author *AlRaudah*, mensem unum & quatuordecim dies. Mors ejus, quod abesset successor, & militum tumultus metueretur, aliquot diebus à *Viziero* occultata est: deinde cum advenisset

filius

filius ipsius *Morad Chan*, quem hæredem & successorem renuntiaverat, præconum voce tam è turribus quam per plateas publicatum est, ان السلطان سليم توفي الي رحمة الله , وان سلطانكم هو ولي عهده السلطان مراد ايده الله واعانه استقر علي سرير السلطنة *Sultan Selim ad Dei misericordiam abiit; Rex autem vester est ipsius ex testamento hæres Soltan* Morad, *quem tueatur Deus, ipseque Solio Regio insedit*. Primus hic Regum *Othmanidarum Constantinopoli* mortuus est. Eodem die quo funus ejus elatum est, quinque ipsius filii خنقوا في ذلك اليوم علي ما جرت به عوايدهم *Strangulati sunt, prout apud ipsos in more positum est.*

12. *Soltan* مراد خان *Morad Chan* Selimi filius, qui *Constantinopoli* natus anno *Hejræ* nongentesimo quinquagesimo tertio. Post mortem patris à *Viziero Constantinopolim* accersitus, eam die *Mercurii*, octavo *Ramadani*, anno nongentesimo octogesimo secundo, ingressus solium Regium capessivit, referentibus *Aljannabio* & *Ahmede*: at secundum Authorem libri *AlRaudah*, decimo *Ramadani*, annorum tunc triginta. Obiit secundum *Ahmedem* nono *Jomadæ* prioris anno *Hejræ* millesimo tertio ætatis quinquagesimo, cum annos viginti, & octo menses regnâsset: secundùm libri *AlRaudah* Authorem obiit sexto *Ramadani*, cum annos viginti unum regnâsset. Hic etiam bonis literis non leviter imbutus in linguis *Arabica, Persica*, & *Turcica* multa composuit.

13. *Soltan* محمد خان *Mohammed Chan Moradis* filius. Solium Regium occupavit die *Veneris* decimo sexto *Jomadæ* prioris, anno *Hejræ* millesimo tertio: sic *Ahmed Ebn Yuseph*,

ſeph, at *AlRaudah* decimo ſeptimo *Ramadani*. Obiit die *Solis*, *Rajebi* decimo octavo, anno milleſimo duodecimo, cum imperâſſet annos novem, duos menſes, & totidem dies, ſecundùm *Ahmedem*: at ſecundum *AlRaudah*, die Sabbati, decimo ſexto *Rajebi*, cum octo annos & undecim menſes regnâſſet. Hic mortuo patre fratres ſuos ſtrangulatione perimi juſſit: quo facto, una cum Patre elati & ſepulti ſunt.

14. *Soltan* احمد *Ahmed Mohammedis* filius. Solium aſcendit, ſecundùm Authorem libri *AlRaudah*, die *Solis*, *Rajebi* decimo ſeptimo anni milleſimi duodecimi; ſecundùm *Ahmedem Ebn Yuſeph*, die *Lunæ* decimo nono *Rajebi*, primo poſt patrem mortuum die, cum morienti adfuiſſet; quod, inquit, *Ahmed*, non alii ante eum contigit: cum Regibus *Othmanidis* in more poſitum ſit, ut ubi adoleverint filii ipſorum, ipſos *AlSanjac*, [i. vexillo] ſeu præfectura donatos ad locum aliquem illuſtrem ablegent. Annorum cum imperium capeſſeret, erat ferè quindecim, teſte *Ahmede*: at *AlRaudah*, natum perhibet anno nongenteſimo nono, die menſis *Rajebi* decimo ſeptimo. Obiit die *Mercurii* viceſimo tertio *Du'lKaada*, anno milleſimo viceſimo ſexto, cum annos quatuordecim, menſes quatuor, & totidem dies imperâſſet, teſte Authore *AlRaudah*; eum enim unum, quem hic ſequamur, habemus.

15. *Soltan* مصطفى *Muſtapha Mohammedis* filius, *Ahmedis* frater. Ad imperium evectus die *Jovis* viceſimo quarto *Du'lKaada* anno milleſimo viceſimo ſexto; eoque amotus die *Mercurii*, *Rabiæ* prioris tertio, anno milleſimo

viceſimo

vicesimo septimo, cum illud tres menses & octo dies occupâsset.

16. *Soltan* عثمان *Othman Ahmedis* filius. In Solio Regio collocatus die *Mercurii Rabiæ* prioris tertio, è medio sublatus est die *Jovis*, mensis *Rajebi* octavo, anno *Hejræ* millesimo tricesimo primo, cum annos quatuor, totidem menses, & sex dies imperium tenuisset.

15. *Soltan* مصطفى *Mustapha*. Denuo in Imperium suffectus est die *Jovis Rajebi* octavo, anno millesimo tricesimo primo: atque iterum amotus die *Lunæ* mensis *Du'l-Kaadæ* decimo quinto, anno millesimo tricesimo secundo, cũ annum unum, quatuor menses, & aliquot dies imperâsset.

17. *Sultan* مراد *Morad Ahmedis* fil. Imperator salutatus est die decimo quinto mensis *Du'l Kaadæ*, anno millesimo tricesimo secundo. Obiit decimo sexto *Shawali*, anni *Hejræ* millesimi quadragesimi noni, seu quod idem, tricesimo *Januarii*, anno *Christi* millesimo sexcentesimo tricesimo nono. Eo Imperante, *Januarii* vicesimo septimo, Anno Domini millesimo sexcentesimo tricesimo octavo, *Cyrillus* Patriarcha *Constantinopolitanus*, inimicorum calumniis oppressus, Imperatoris tum absentis mandato strangulatus est.

18. *Sultan* ابرهيم *Abrahim*. Fratri mortuo statim successit, & *Februarii* sexto, magna cum pompa à *Jobi Ansariensis* monumento ad Palatium per mediam *Constantinopolin*, ut fieri solet, profectus est. Hic mense *Julio* anni *Christi* 1648. à militibus tumultuantibus è medio sublatus est.

19. *Sultan* محمد *Mohammed*, *Abrahimi* filius, qui jam ad Imperii gubernacula sedet.





Terum ad metam mihi propositam perveniſſe viſus ſum: quo minus tamen vel hic pedem figerem, effecit, quod *Tamerlanis* ſucceſſorum, nec non Regum è familiis *Karakuyonli* & *Akkuyonli*, atque *Iſmaelitica*, quæ jam in *Perſia* ſummas obtinet, Catalogum apud *Petrum Teixeram* inſpiciens comperirem non paucorum nomina ita *Latinis* characteribus expreſſa, ut non facile eſſet legenti divinare quomodo ab Orientalibus ſcripta & pronunciata fuerint. Aliquod ergò operæ pretium facturus videbar, ſi & eorum, prout apud *Arabum* Scriptores occurrunt, ſeriem attexerem, ſuis etiam characteribus deſcriptam.



Timurlenci (ſeu *Tamerlanis*) Succeſſores.

1. خليل سلطان *Chalil Soltan* filius ميران شاه *Miran Shahi* filii *Timuri*. Obiit anno *Hejræ* octingenteſimo decimo quarto.

2. شاه رخ بهادر سلطان *ShahRuch Bahadur Soltan*, filius *Timuri*. Obiit menſe *Du'lHajja*, anno *Hejræ* octingenteſimo

tesimo quinquagesimo, cum regnâsset quadraginta tres annos, vixisset cirtiter septuaginta unum.

3. علا الدولة ميرزا بن بايسنقر *Ala'ddaulah Mirza* filius *Baïsenkari*, filii *ShahRuchi*. *ShahRuchi* filiis de regno contendentibus,& unoquoque quam potuit partem sibi vindicante, hic *Chorasanum* occupavit, quam deinde ei eripuit *Olug-Beg Mirza* anno octingentesimo quinquagesimo secundo.

4. الملك السعيد محمد الغ بگ سلطان *AlMalec AlSaïd Mohammed Olug Beg Sultan*. filius *ShahRuchi*, filii *Timuri*, cujus in superioribus facta mentio. Hic vivo adhuc patre *Samarcandæ*, & regionibus *MawaralNahri*, seu transfluvialibus præfectus, *Chorasano* etiam,pulso *Ala'ddaula*,potitus est anno *Hejræ* octingentesimo quinquagesimo secundo. Interfectus est quinquagesimo tertio.

5. عبد اللطيف ميرزا *Abdo'llatiph Mirza*, *Olug Begi* filius. Sagitta [casu] trajectus obiit anno octingentesimo quinquagesimo quarto.

6. ميرزا عبد الله *Mirza Abdollah* filius *Abrahami Soltani*, filii *Soltan ShahRuchi*, cum *Shirazo* & *Persiæ* præesset, post patris mortem à *Mohammede Mirza* inde pulsus, ad patruum suum *OlugBegum Samarcandam* confugit, qui filiam ei in uxorem dedit: & post *Abdo'llatiphi* mortem *Samarcandæ* regnum obtinuit, quo à rege *Abu Saïd* exutus est & interfectus, eodem anno.

7. سلطان محمد ميرزا *Soltan Mohammed Mirza* filius *Baïsenkari*, filii *ShahRuchi*. Interfectus est jussu *BaberMirza*, à quo victus fuit, anno octingentesimo quinquagesimo quinto.

8.

8. سلطان ابو القاسم بابر ميرزا *Soltan Abu'lKasem Baber Mirza:* filius *Baïsenkari* filii *ShahRochi*, obiit anno *Hejræ* octingentesimo sexagesimo primo, cum annos undecim regnâsset.

9. السلطان الملك السعيد ابو سعيد *Soltan AlMalec AlSaïd*, *Abu Saïd* filius *Ahmedis* filii *Miran Shahi Gurga*, filii *Timuri*. Interfectus est ab *Hasano AlTawilo*, i. longo, anno *Hejræ* octingentesimo septuagesimo tertio. Regni ejus limites à terminis كاشغر *Cashgar* usque *Tabrizum*, & ab *India* usque *Chowarezmum*. Regnavit circiter viginti annos; octo in regionibus *MawaralNahra*, duodecim in reliquis provinciis, annos vixit quadraginta duos.

10. سلطان حسين ميرزا *Soltan Hosain* Mirza filius *Baykaræ*, filii *Omar Sheichi*, filii *Timuri*. *Teixera* ante eum *Mirza Hyadigar* statuit, qui idem est, puto, quem *AlJannabius* امير زاده يادكار محمد *Amir Zadeh* (unde contractum videtur *Mirza*) *Yadegar Mohammedem* filium *Mohammedis* filii *Baïsenkari*, filii *Omar Sheichi* filii *Timuri* vocat, qui cum *Sultano Hosaino* bellum gessit, & *Heratum* occupavit. at postea ab *Hosaino* captus, ejus jussu interfectus est. Obiit *Hosain* anno *Hejræ* nongentesimo undecimo, cum annos circiter viginti octo regnâsset.

11. مظفر وبديع الزمان *Modhaffer* & *Badio'zzaman Mirzah*, filii *Soltani Hosaini*. Conjunctim regnarunt, donec *Sheibeg Chan* filius *Abu'lchairuzbegi*, cum regiones *MawaralNahr* occupaverat, *Chorasanum* etiam invadens eos bello victos in fugam daret, & *Marwam Chorasani Metropolin* caperet. *Badio'zzaman* igitur in *Persiam* ad ejus Dominum

Shah


S*hah Iſmaelem* ſe recepit: qui ei provinciam *Rai* aſſignavit: deinde in patriam redire cupiens, impetratis ab *Iſmaele* copiis, iterum fugatus in *Indiam* fugit; ubi cum aliquandiu manſiſſet, ad Regem S*hah Iſmaelem*, audito illum *Choraſanum* in poteſtatem redegiſſe, reverſus, eum *Tabrizum* comitatus eſt. Illic à S*oltano Selim* S*haho Othmanida* captus, honorificè habitus eſt, & *Conſtantinopolim* abductus; ubi anno *Hejra* nongenteſimo viceſimo primo mortuus eſt: *Modhaffer* verò in quodam è montibus *Choraſani*, quò metu S*hei Begi* fugerat, mortuus eſt anno nongenteſimo decimo quinto.

12. ابو المحسن ميرزا وكيل ميرزا *Abu'l Mahan Mirza*, & *Gil Mirza*. Hos ſecum aſſumens *Dhu'l Nun Argun Kandahari* Princeps, cum metueret ne è poteſtate filiorum *Timuri* exiret regnum, S*heibegum* bello aggreſſus eſt; ſed ipſe in bello occidit, captique *Abu'l Mahan* & *Gil Mirza* neci dati ſunt; & abolitum eſt filiorum *Timuri* in *Choraſano* imperium, cum ibi ultra quadraginta annos regnâſſent, quicquid penes ipſos fuit occupante S*heibego*.





Principes *Turcomanni* è tribubus seu familiis apud illos قره قوينلي *Karah* Koyunli (seu, *Ovis nigra*) & اق قوينلي *Ak* Koyunli(seu, *Ovis alba*)dictis.



Ribus istæ (referentibus *Alfannabio*, & *Ahmede Ebn Yuseph*) tempore *Argunis*, relicta patria sua *Turcestano*, aliò se receperunt; *Karah* Koyunli in *Arzengani* & *Siwasi* partes, ubi ad magnam creverunt potentiam; *Ak*Koyunli verò in *DiyarBecri*, ubi dignitatem & potentiam Regiam consecuti sunt.

Principes è familia Karah-Kuyonli, *à* Teixera *memorati.*

1. Kara *Isuph*, i. e. قره يوسف Kara *Yuseph*, *Joseph Niger*, qui mortuus est (teste *Alfannabio*) anno *Hejra* octingentesimo vicesimo tertio.

2. *Amir Scandar*, i. مير اسكندر *Amir Escander*, seu, *Alexander*, Karah *Josephi* filius, qui circiter annum octingentesimum tricesimum nonum interfectus.

3. *Joon Xa* i. جهان شاه *Jahan Shah Escandri* frater, qui una cum filiis, & suorum multis ab *Hasano Al-Tawilo* occisus anno octingentesimo septuagesimo primo.

4. *Acen Ali*, i. e. حسن علي *Hasan Ali*, qui ab eodem è medio sublatus.

Principes



Principes Familiæ Ak-Kuyonli.

1. اول من ظهر منهم وتامر في البلاد *Primus eorum qui in medium prodiit, & in regionibus quibuſdam (Ameda, Mauſela &c.)* Imperium obtinuit (teſtibus *AlJannabio*, & *Ahmede Ebn Yuſeph*) fuit طور علي بيك الترکمانی *Tur Ali Beg Turcomannus.*

2. فخر الدين قطلي بيك *Phacro'ddin* Kotli *Beg*, *Tur Alis* filius.

3. قره ايلوك عثمان Karah *Ilug Othman*, ipſius filius. Hic *Timurlenco* ſe obſequentem, & viæ ducem in *Rumæam*, ſeu *Aſiam* minorem, præbuit: à quo non ſolum iis quas antea occuparat, *Arzenjano*, *Maredino*, *Roha*, & reliquis *Diarbecri* regionibus ejus nomine præfectus eſt, ſed & *Siwaſo* aliiſque donatus. Poſtea in bello, cum *Eſcandro* filio Karah *Yuſephi*, periit, anno *Hejræ* octingenteſimo nono, ipſe plus quam nonagenarius.

4. حمزه بيك *Hamzah Beg*, illius filius. Anno *Hejræ* octingenteſimo quadrageſimo octavo mortuus eſt.

5. جهانكير بن علي بيك *Jahan Gir* filius *Ali Begi*, filii *Othmani*, *Hamzæ* ex fratre nepos. Mortuus eſt anno *Hejræ* octingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, omni ferè poteſtate à fratre ſuo *Haſano* exutus.

6. حسن الطويل *Haſan AlTawil*, i.e. *Longus*, *Jahan Girl* frater. Hunc primum hac in ſerie ponit *Teixera*, &

Ozun

Ozun Acen bek vocat, in *Leunclavio Usun Chasan* audit: à quo in hoc erratum videtur, quod eum origine majorum *Tatarum* fuisse ait, cum *Turcomanus* fuerit. Quod ad appellationem attinet, eodem res redit cum اوزن *Uzun Turcice longum* denotet. E vivis excessit festo *Mohammedanorum* solenni, an: *Hejræ* octingentesimo octogesimo tertio. Hic in potestatem redactis utroq; *Era kò, Aderbijano, Ciar Becro*, aliisq; provinciis, & victis *Jahan Shabo*, ejusque filio *Hasano Ali*, & *Samarcandæ* Domino *AbuSaido*, potentia & fama celebris evasit: at cum *Mohammedem Othmanidam*, qui *Constantinopolim* cepit, bello lacesseret, ab eo insigni clade affectus est, pereunte etiam filio ipsius *Zeinelo*; post quam (referente *AlJannabio*) haud ultra prospere ei cesserunt res. Filios reliquit superstites, *Chalil Mirza*, *Maksud Beg*, *Yacub Beg*, *Masih Beg*, & *Yuseph Beg*.

7. خليل بك *Chalil Beg* (*Teixtra Sultan* Kalil) *Hasani Longi* filius, qui suis exosus, adeo ut regno amotum cuperent, interfectus est anno *Hejræ* octingentesimo octogesimo quarto, cum sex menses & dimidium imperâsset.

8. يعقوب بك *Yacub Beg*, *Chalili* frater. Obiit veneno è medio sublatus, anno *Hejræ* octingentesimo nonagesimo sexto, cum duodecim annos, & duos menses imperâsset. Doctus perhibetur, & carmina *Turcicè* & *Persicè* composuisse: atque inter ipsum & *Soltanum Bajazedem* amicitiam, & literarum commercium intercessisse. Infortunii ei causa fuisse dicitur Matris, mulieris egregiæ, obitus; quæ mense *Rabia* priori anni prædicti diem obiit, octodecim ante filium diebus. Illam enim dum viveret singulis septimanis convocatis

catis familiæ iſtius primoribus, numero circiter viginti, ea ſingulis ſuggerere & dictare ſolitam, quæ ad concordiam inter eos alendam conducerent: ea vero è medio ſublata, una etiam ſublatam, quæ inter eos fuerat, concordiam, alióſque aliis inhiaſſe.

9. مسيح بك *Maſih Beg*, ipſius frater: Cum inter regni Principes de eo præficiendo non conveniret, ab aliis *Ali Beg Chalili* filius Rex ſalutatus eſt: at neque in hoc conſentientibus aliis, ad باي سنقر *Baï Sankarum* (*Teixera Baiſangor Mirzah*) *Yakubi* filium, puerum nondum decem annorum, regnum defertur; qui cum anno & octo menſibus, illud occupâſſet, in prælio quodam occidit.

10. رستم ميرزا *Ruſtam Mirza* (*Teixera Roſtambek*) filius *Makſudi* filii *Haſani Longi*. Ab *Ahmede Ogurlui* filio (qui à Regni magnatibus *Conſtantinopoli*, quò metu patrui ſui *Yacubi* fugerat, evocatus, cum eo de regno contendit) interfectus eſt, cum annos quinque & dimidium regnâſſet.

11. السلطان احمد بن اغرلوا محمد *Soltan Ahmed* (*Teixera Hagmed Beg*) filius *Ogurlui Mohammedis*, filii *Haſani Longi*. Cum in regnum ſuum diſciplinam *Othmaniam* introducere vellet, adeo Principibus ejus regionis, omnimodæ licentiæ aſſuetis, exoſus evaſit, ut de eo regno amovendo conſilium inirent; eumque in finem *Morad Mirzam Jacobi* filium, qui *Shirwani* tunc erat, ad regnum capeſſendum invitarent: à quo victus & interfectus eſt *Ahmed*, cum circiter annum imperaſſet. Quo facto Proceres fidem *Morado* datam fallentes, *Alwand Mirzam* accerſiverunt, qui eorum ope *Moradum* captum in vincula conjecit.

12. الوند ميرزا *AlWand Mirza* (*Teixera AlWan Bek*) filius *Yuseph Begi*, filii *Hasani Longi*. Hic cum annum unum regno præfuisset, à fratre suo محمد ميرزا *Mohammede Mirza* eo deturbatus est: at prius quam ipse solio regio insideret, prodiens è carcere *Sultan Morad Jacobi* filius illud occupavit; & *Mohammedem* captum interfici jussit.

13. مراد *Morad Yacubi Shahi* filius. Contra hunc anno nongentesimo octavo arma movens *Shah Ismael Persarum* Rex, qui præcipuam regni familiæ *Akkojunlitica* partem in potestatem suam redegerat, *Bagdado* fugere coëgit; quam deinde *Ismaele* aliis bellis occupato, recuperavit. At ab eodem, anno nongentesimo decimo quarto ea denuo pulsus in fugam se dedit, ولم يعلم له خبر (inquit *AlJannabius*) *nec quidquam de eo auditum est*. Atque hic ultimus istius familiæ Regum fuit, qui in *Erako* regnum tenuit.



Reges Persiæ *è familia* Haidari Suphii Ardebelensis, Ismaelitici.

Hujus familiæ primus, qui se ut sui juris Principem gessit, atque armis aliquid attentavit, perhibetur جنيد *Jonaid* filius *Sheich Abrahimi*, filii *Chojah Alis*, filii *Sheich* Sadro'ddini, filii *Sheich Saphio'ddini*, filii *Gabrielis*, qui genus ab *Hosaino Alis* filio duxisse fertur: quod tamen ut incertum notât Historici, addita, quâ in rebus dubiis uti solent, formula, والله اعلم بصحته *Deus autem optime novit verum sit necne.* Hic, conflato ex amicis suis exercitu, *Gorgios* bello aggressus, multa ab illis spolia reportavit: inde cum *Shirâwanum* reversus esset, ejus incolæ, sibi ab eo metuentes, ipsum & ipsius socios internecione penitus deleverunt.

2. الشيخ حيدر *Sheich Haidar*, *Jonaidi* filius, qui & الصوفي *AlSuphi* & شيخ الصفوية *Sheich*, i.e. *Senior* Sectæ seu ordinis *Suphiorum* appellatur. Hic patris vestigiis insistens exercitum sibi, sex circiter mille hominum, contraxit; quibus primo in *Gorgios* incursiones fecit, ibique Regum quendam interfecit. Coronam etiam sibi è panni rubri duodecim particulis confecit, quæ تاج الحيدرية *Sectæ Haidaritica corona* appellata est. Deinde *Shirawanum* aggressus, quo patris necem ulcisceretur, urbem obsidione cinxit: sed male ei res cessit, nam & ipse & filii ejus omnes, exceptis *Ismaele* &

Yar Ali, bello perierunt, anno *Hejra* octingenteſimo nonageſimo tertio.

3. اسمعيل *Iſmael Haidari* filius. Hic poſt mortem Patris cum fratre ſuo *Yar Ali* ab *Yacub Bego* captus & in vinculis detentus eſt; donec mortuo *Yacub Bego* ab ejus ſucceſſore *Ruſtam Mirza* libertati donati, ejus juſſu juxta Patris ſui ſepulchrum habitu pauperum ſe continuerunt. At cum & ille fato functus eſſet, ab *Ahmede Ogurluo*, qui ipſi ſucceſſit, ſibi metuentes fuga ſibi conſuluerunt. Eo demum interfecto, & imperante *AlWando*, in medium prodiit *Iſmael*, & confluentibus ad ipſum *Alis* ſectariis exercitum contraxit, annoque *Hejra* nongenteſimo quinto arma movere cœpit; victoque *AlWando* & in poteſtatem redacta regione *Aderbijano*, ſibi titulum *Shah*, ſeu Regis aſſumpſit: deinde aliis ſubactis provinciis, *Shirawano*, *Diyar Becro*, *Bagdado*, totoque *Erako Yazdo*, & *Gilani* parte, &c. ad magnam crevit potentiam. Anno nongenteſimo decimo ſexto, capto *Sheibego Uzbeg Chani* filio, *Chorasani* & regionum tranſfluvialium Domino, fertur cranium ipſius auro & gemmis ornatum in poculum ſumpſiſſe, è quo vinum bibere ſolitus eſt. Anno nongenteſimo viceſimo, cum *Selimo Othmanida* bello congreſſus, ab eo victus, & in fugam datus eſt: atque ab eo tempore otio ſe & quieti dedit, & à bello continuit, donec anno nongenteſimo triceſimo è vita diſcederet, annos triginta octo, & quatuor menſes natus, cum annos viginti quatuor imperâſſet. Imperium cœpit cum annorum eſſet quatuordecim.

4. شاه طهماسب *Shah Tahmaſp* (*Teixera*, *Xa Thamas*) *Iſmaelis*

Ismaelis filius. Obiit anno *Hejræ* nongentesimo octogesimo quarto mense *Safaro*, mortem illi procurante uxore sua, quæ filium nomine *Haidar* illi pepererat, (referente *Admede Ebn Yuseph*) dum medicamentum depilatorium, quo balneum ingressus uteretur, veneno inficiendum curaret. Ne tamen *Haidar* regno, ad quod hoc facinore illi struebatur via, gauderet, effecit soror ipsius; subornatis qui eum in Patris gazophylacia (ipsius suasu, cum regnum sine opibus administrari non posse suggereret) ingressum, ut quid ibi pecuniarum esset inquireret, occiderent: adeoque unà cum Patris elatum est ipsius funus. Regnavit autem *Tahmasp* annos quinquaginta quatuor.

5. اسمعيل *Ismael Tahmaspis* filius, qui in carcere Patris jussu viginti quinque annis detentus fuerat. Inde cum à sorore liberatus, regnum occupâsset, ipsam interfecit. Ipse anno *Hejræ* nongentesimo octogesimo quinto obiit decimo tertio mensis *Ramadani*, veneno (ut perhibent) necatus, *Theriacæ*, quam sæpius & magna copia sumere solebat, indito, plus quam quinquagenarius: alii, è primoribus regni quosdam, habitu mulierum indutos, ipsum aggressos interfecisse tradunt.

6. محمد خدابنده *Mohammed Chodabandah Chorasani* præfectus, *Tahmaspis* filius. Hic fratre mortuo, *Chorasano Kazwinum* accedens solium regium capessivit. Bellum cum *Morado Othmanida*, sed successu parum felici gessit. *Mohammed* iste cæcus erat; quod in causa fuit ne à fratre *Ismaele*, qui reliquos *Tahmaspis* filios, quotquot regno idonei viderentur, è medio sustulit, tolleretur. نسلطان هنين عن بدة (inquit

 Ahmed

Ahmed Ebn Yuſeph) *annos aliquam multos regnavit*: ſex, referente *Teixera*.

7. عباس *Abbas*. *Chodabanda* filius, qui anno *Hejræ* milleſimo octavo, quo tempore *Ahmed Ebn Yuſeph* hiſtoriam ſuam ſcripſit, *Perſiæ* imperavit. Mortuus eſt Anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo nono, referente *Oleario*, cum regnâſſet annos quadraginta quinque, ſexaginta tres vixiſſet: ſucceſſorem habuit nepotem *Sain Mirza*, *Shah Seſi*, quod Patris nomen fuerat, poſtea appellatum; qui anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo regni ſui duodecimo deceſſit, ſuccedente *Shah Abbaſo* ſecundo.

Finis. Deo ſoli Gloria.

